περὶ παιδείας ἐλευθερίου.

ROBERTI VVAKFELDI SAcrarum literarũ professoris eximij oratio de laudibus & vtilitate triũ linguarũ Arabicę Chaldaicæ & Hebraicę, atq; idiomatibus hebraicis quæ in vtroq; testamẽto iueniũtur.

Londini apud VVinandum de Vorde.

1523.

COLLEGII REGINALIS


Sold
4° W. 1
Art

AD INVICTISSIMVM ILLVstríſſimumq; HENRICVM Angliæ & Franciæ regem ac fidei defenſorem Roberti Vvakfeldi ſacrę theologiæ Bacchalaurei & vnius e ſacellanis ac aulicis eius, in orationem de laudibus ac vtilitate trium linguarum, Prefatio.

COGITANTI MIHI ſępenumero cui nam hãc noſtram oratiunculam dedicarem, Tu ſemper cum primis HENRICE regum omnium literatiſſime occurriſti, neminemq; repperi, cui conuenientius eam q̃ tibi nuncuparem, preſertim cum non tam a me tibi deſtinata ſit, q̃ plane debita, quod me non victu modo ſtipendioq; alis, ſed etiam eruditionem noſtram qualiſcunq; eſt, apud doctos, quando mei fit mentio, nonnihil probare videris. Hęc & tua erga me beneuolentia fecerunt, vt aliquid maieſtati tuę lucubrationum mearum dicare percupe-

rem, tum vt meam in te obſeruantiam agnoſceres, tum vt te pro fide ea quę a me tibi vt regi meo & principi indulgentiſſimo debetur ſumma, merito celebrare viderer, ac tui illius inſtituti pręclari diuiniq; memoriam ſic apud poſteros propagare curarem, quod ſtatim vt rex coronatus es, non inuitus munus ſuſcepiſti adiuuandi prouehendiq; literas, quę proculdubio ſine autoritate & diligentia doctiſſimi principis, aut interiturę penitus videbātur, aut ad priſtinum exilium redituręe. Sperabam etiam hiſce vigiliſs ſub nominis tui auſpicio (quod literatis omnib⁹ eſt cariſſimum) & clientela, non parum autoritatis accedere poſſe, & me non mediocrē M. T. patrocinio fretū, apud ſtudioſos fauorē ac gratiā inituę. Facit enim tua in promouendis literarum ſtudijs, immenſa remunerandi benemeritos liberalitas, ac te digna regia plane magnificentia, vt certatim te docti ſuſpiciant, colant, venerentur, ac quaſi ſuo deo tutelari ſupplicent. Accipe igitur Rex clariſſime, ſolita clementia noſtram oratiunculam, cuius tertiam partem propter inopiam hebraicorum characterum quibus impreſſor caret, nunc prætermittere coactus ſum. In ea agitur, de hebræorum codicū incorruptione, de punctorum & apicum vſu ac adinuentione, de cantu hebręorū & accentuum muſicalium laudibus atq; vtili-

tate, de erroribus ſeptuaginta interpretum & Hieronymi, de idiomatibus hebraicis quę in vtroq; teſtamento inueniuntur, & q̄ hebraicę liguę cognitio theologis neceſſaria ſit. Spero me in ea id pręſtitiſſe de tropis ſcripturę, punctis, poſitionib⁹ & nōnullis alijs rebus, quod a naſcente eccleſia (quod ſciam) pręſtitit nemo, non dicam attentauit, & ſtudioſis omnibus atq; rei chriſtianæ in commune proderit. Tu vero (humiliter rogo) vt cum vacauerit, non dedigneris legere atq; pro tua animi benignitate & gratia boni conſulere. Vale.




HEC ROSA VIRTVTIS COLOMISSA SERENIS
ETERNA FLOREAT REGIA
HERBA VIRENS

COgitans apud quos modo mihi dicendū est viri prę-stantissimi clarissimiq; auditores, tantum abest me vt hæc mihi pręcipua ab illustrissimo prin-cipe & fidei defēsore, nostro inuictissimo rege iniūcta, metu perturbet, pudoreve confūdat, q̄q̄ & ardua & meis impar viribꝰ, vt etiā letitia afficiat maxima gaudioq; immenso pfundat. Loquēdū enim mihi ē nō ad odio pcitos, eosq; quorū ilia vt Codri pręinuidia rūpuntur, huc accedentes nos vt captēt atq; carpāt in sermone, sed apud viros mirabili inaudita & incredibili quadā humanitate ac doctrina prędītos, quiq; p innata & cōsueta benignitate, frontis exporrectione, fauore & applausu, conatus, studiū ac alacritatē nostrā augere conentur. Idq; Cantabrigiæ, cuius & amon umeghudal ac alumnus sum. Itaq; cū apud illos q me semp amore prosecuti sunt summo, patrocinio ac autoritate pmouerūt, verba sim facturus, par nimirum est vt aliter ego afficiar dicēs, q̄ si apud zarim uenochriin, id ē, peregrinos atq; alienigenas orationem haberem. Et vel ob id maxime, q̄ non temere sed impulsu nr̄i humanissimi, liberalissimi, beneficentissimiq; regis HENRICI huius nominis octaui hūc martem (vt antedixi) apud suos sibi deditissimos subditos sum aggressus. Qui vt ipse erudītissimus est ita literatorū atq; lr̄arū & pręser

Exordium benevolētiam ab auditorū persons captans.

Rex de Hebraicis literis optime meritus.

tim ſacratū longe omniū amantiſſimus, & eis prędítos nō ſolū ſibi iungit, amat, fouet, ſed & amplectitur, magnifacit, exaltat. Nouerat enim noſter pientiſſimus rex & optimus princeps qui me D. Reynaldo polo viro nobili & gręce ac latine erudito adiūxit vt hebraica diſceret, qd theologis futuris q̄ maxime neceſſariū erat, nimirū recte iudicans abſq; linguæ ſancte peritia neminē in ſcripturis fœliciter ꝓceſſurum. Sereniſſimi p̄terea principis noſtri hoc mihi ſuo noie munus mandantis eo etiā lubentius aſſumpſi & hūc martē ſui gratia alacrius ítem ſubíj, vt aliquid quod cum nouitate tū vtilitate ſit ſtudioſo Cantabrigienſium cœtui non minus q̄ aliorum placiturū, depromere excogitauerā. Quattuor igiť ſunt, viri eruditiſſimi, circa que in preſentia, nr̄a omnis verſabitur oratio. Primū, quod ſit propoſitū meū in hac prouincia quā ſuſcepi, quanq̄ príuatim & ſeorſum vobis ſępe retulerim, tamē nūc quoq; dicendū vniuerſis & in cōmune puto. Subīde ꝓ recepto more de hebraicę chaldaicę & arabicę linguę laudíbus nōnihil ſum dicturus, quas profiteri operepreciū duxi. Tertio obiectiones quorūdam quí aduerſus ſctiſſimę liguę cognitionē, eiuſq; codices obiatrāt & q. lxx. interp̄tes nuſq̄ errare ac coēm vulgatāq; interpretatione latinā quę in bibliſs vbiq; regionū & eccleſijs legiť atq; abſq; dubio diui eſt Hieronymi (tametſi librariorum

Tranſlatio hieronymi q̄ in bibliis habetur et eccleſia legitur nimis ĩſuffíciens eſt & multipliciter deprauata.

vicio ac ſciolorū inſcitia & temeritate corrupta mendiſq; ſcatens) nuſq̄ deficere aſſeuerāt, refellā. Poſtremo, cui nā de exhibita vobis opera grās habere debeatis oſtendā. Ipſe Cātabrigienſes patroni, apud me perpendens eſſe in mortaliū animis iſitū multę varietatis deſyderiū, & humanā fragilitatē tanti nō exiſtere vt nō ſtatim ſatietur atq; laſceſcat (vileſcit eñ quotidianū atq; ipſius cito nos tedet) necnon varietate alioquin ſuaui atq; delectabili naturā gaudere illaq; iſtaurari, tū maxime ꝙ μονῳδια & vnica cantilena vt in coccice cuculoq; videmus, ſuapte natura iuuenes potiſſime etiā q̄libet ſtudioſos facile non tedio ſolum maxima peſte ingenij ſed vt plurimum faſtidio quoq; laſſitudine & ſatietate afficiat, hæc inq̄ apud me ꝓpēdēs, ſimulq; ſententiā hāc *barambam, col mi ſbello Iauin leſhon Adham lo Iadha caſſanatho*, id eſt, quiſquis eſt qui linguā hominis cuiuſpiā nō intelligit, is neq; mentē neq; eius intentionē ſcire valet, mecū reputās, In animo habui diſciplinarū orbem quem gręci vocant ἐγκυκλοπαιδειαν encyclopediā pariter ac linguas deguſtare omnes. Nā nec in tritis & vulgatis illis formalitatib⁹, quidditatibus, primis & ſecundis intētionib⁹ reſpectibus, inſtātibus, prioritatibus, et id genus nugis alijs, animū ſiſtere duxi, aut mentē ſedare potui. Nec quenq̄ qui vllā vnam tantū linguā ſequutus fuerit, eandē ad plenū abſq; aliarum adminiculo aſſequi poſſe exiſtimaui:

Nouis rebus ſolent ingenia oblectari.

Ca. 29. libri ſecūdi more hanneuuebim.

Ita (ut et adinuicem artes) una ex alia dependet lingua ut ōnes ſimul ſūpte circulum efficere uideantur.

propterea ꝙ quẽadmodũ choris gaudeãt mu
sę ita & linguis, quę adeo μεταλλίλον metallilon
& inter se adinstar artiũ, cõnexę sunt ac depẽ=
dent, vt vna plene cognosci perfecteve teneri
absq; alijs minime queat, cõtraq; varijs ac di=
uersis linguis ornatũ, tot ipsum vti hominũ
officio, & tot hoies posse vnum merito dici.
Ipsũq; demũ duntaxat iudicaui dignũ qui sa=
crę scripturę misteria varijs linguis inuoluta,
vel indaganda, vel aperienda aggredereť. Vti
tur nãq; illa interdũ *parsi* id ẽ persica, qñq; *mitsri*
id est Egyptiaca, sepe *Ieuani* id est, greca, plerũ
q; *hibri*. i. hebraica, atq; etiã quę huic vicinę sũt
& magna ex parte cõfines, vimq; ac originem
ab eadem ducentes, *casdi o arami* id est, chaldęa
siue Syra, & *haraui o hagari* id est, arabica vel aga
rena. Hoc idem testatur Augustinus libro se=
cundo de doctrica christiana, quo cũ in prolo
gis Danielis ac Iob consentit Hieronymus,
quibus quoq; suffragatur apud hebręos *rosh ha
dakdekim ueaf hampharesim* id est, nobilissimus grã
maticus, atq; inter interpretes expositor excel
lẽtissimus Rabi Dauid Kamchi in proœmio
partis secũdę *michlal* his verbis. Ad hęc firma=
rũt partem dictionũ scripturę sacrę super alie
na extraneaq; lingua, Arabica videlicet. &c.
Scribit insuper Origenes libro. iij. cõtra Cel
sum. Egiptijs nominibus redundat scriptura,
quę imponere libris cõsueuerant hebręi. Hie=
ronimus item in Abdię cõmentarijs, consue=

Quæ linguæ in scripturis sanctis inueniuntur?

Scriptura utitur pſicis. Syris, Egyptijs, Hebraeis, &c. Augustinus de doc. christiana. ca. 39. libri secundi.

tudinis prophetarū est qñ loquuntur cōtra babylonē, Ammonitas, Moabitas, Philistijm & ceteras natiōes, multis sermonib⁹ linguę eoꝝ abuti & seruare idiomata ꝓuinciarū. Hoc vt videtur nonnihil ansę Mosi Egyptio dedit vt ca. xxix. libri secundi *more hannictauchim* scriberet. Vnusquisq; prophetarum suā habet linguam hoc est, suū dicendi genus loquēdiq; morem. Qui secundū Hieronymum, in Isaia & Osea ac quibusdā alijs ꝓphetis comptior disertior q; est q̄ in Hieremia. Cum ille nobilis & vrbanę eloquētię hebraicę vir fuerit, iste vero rustican⁹ & Anathotites *lechol naui dauar echad meiuchad bo, cerllu huleshon haish habu.* Verū ne vobis autoritate poti⁹ tātorū virorū q̄ re ipsa niti videamur pauca ex multis inter legendū diuinā legem a me notatis exempli gratia audietis. Et primū in Persica lingua, quę arguta breuitate gręcū superat & vt vocabula sua agnoscit *pur* sors, Ester ca. tertio, *kiiun* Saturn⁹, Amos ca. v. *dauir* id est sepher literatura, Iudiciū. ca. j. Gaza. i. diuitię a quo gazophylaciū zooastres. i. viuēs stella, sic enī a Persis vocat⁹ est *Cush* primogenit⁹ Chā, & nō vt nos corrupte zoroastres. Magus. i. sapiens, fere enim apud diuersas nationes varijs nominibus sapientes eaꝝ sese appellarunt, vt gymnosophistę apud Indos, apud Gallos, Druides. Apud Egyptios, sacerdotes. apud Persas, magi. apud gręcos philosophi, & ante Pythagorā ⟨illegible⟩ hebręorū more, q

Quilibet ꝓpheta habet proprium modum loquēdi, sicut ſi eſſet idioma ipſius.

De gaza ante hiero. ſcr. Gaza mgnūt ⟨illegible⟩ lingua ꝑſarū diuinę nominatę nec ⟨illegible⟩ Grecus ſermo ſed barbarus

Magistri nostri appellatio unde ortum habuit?

pceptores, magistros & sapiētes suos *chachamim* vel *rabbothenu* id est, magistros nostros appellāt. Quā glorioſam denoīationē theologi phariſeenſes & Colonienſes ſibi quoq; attribuerūt vendicauerūntq;, atq; in hanc vſq; diē retinēt, Illud Chriſti in euāgelio Matthei. Nolite vocari rabbi, nec vocemini magiſtri, poſtponentes. Perſicę item linguę ſunt, iuxta *Pirchun* in *hid, ceoi ſhemoth hachodhaſhim ſhellahiſriim* id eſt nomina mēſium apud hebręos vniuerſa, ſicut & nomina que ex quattuor, quinq;, ſex, aut pluribus radicalibus līris cōſtant, veluti *achaſhdarpan achaſhteran adarcan agarial pithgam pathſhegan*, vel per *reſh*, *parſhegā tſephardeah* & ſimilia, vl̄ certe Egyptiaca, nō em̄ inueniuntur hmōi niſi *beſippur hammaßaſim aſher haiu beartſothchem* id eſt, in geſtorū narratione que in terris illis contigerūt, aut chaldaica ſunt. Nā raro occurrūt preterq̄ in libris *baggola* & q̄ poſt captiuitatem Babylonicam ſcripti ſunt. Egiptię vero linguę ſunt *tſophnath pahaneach* id eſt, ſaluator ſiue ſeruator mūdi, vel iuxta Onkeli targū, abſcōditorū reuelator, Geneſeos ca. xli. *tſephardeah* rana, Exodi. ca. octauo. *Moſhe* Moyſes, id eſt, ex aqua ſaluatus ſiue ſeruatus, vel iuxta etymologiam hebręam, extract⁹, Exo. ca. ſecundo. Verū quia ab egyptia, nēpe Pharaonis filia, Moyſes ponitur, ipſius linguę debet habere rationē. Egyptiacę nanq; aqua *Moi* vel per hypſilon *Moy*, nominatur atq; ſyriace & arabice, *ſes*, vero ſaluat⁹ ſonat. Hęc ſi Ne-

briſſenſis hiſpanus nouiſſet, vel Sedulium legiſſet. Quid qđ & Eliã & clarũ videre Moyſem, non vtiq; vt opinor in moyſe, qui ab hebręis per ſincopen Moſes dicitur, ſcripſiſſet y, nullũ ſonum habere debere, vel, v, ſonare. Atq; huius quoq; linguę eſt & κόμβυ condy. id ẽ poculũ, quo. lxx. iterp̃tes. Gen. ca. xliiij. vtũđ, & Parbo q̃ a nobis & gręcis Pharao dicit, Gen. ca. xlj. quod apud Egyptios nomẽ eſt nõ proprium, vti ex noſtris nonnulli arbitrantur, ſed regię dignitatis appellatiuũ. Siquidem apud illos vnuſquiſq; regũ peculiari & proprio ſiue ſpeciali, preter Pharao, appellađ vocabulo cognomentoq;. ſic, Pharao *necho* id eſt *chaghira* claudus vel claudicans, quarti regum libri ca. xxiij. qui ita a claudicãdo dictus ẽ, ſicut apud latinos, Tiberi⁹ claudius. Pharao *ſhiſhak* tertij regũ libri. ca. vndecimo. et Pharao vafre, quo modo ſi nos, ceſares & auguſtos propriis regũ vocabulis p̃ponerem⁹. Et fere apud diuerſas gẽtes regia dignitas peculiaria ſortitur nomia, teſtib⁹ Dauid Kamchi in cõmẽtariis ca. x. Ioſue, atq; Rabi Salomone, Heſdrę ca. vj & Pſal. xxxiiij. Apud *Paliſhtim* enim. i. philiſtim vel potius Paleſtinos, oñes eoꝝ reges *Abimelech* appellãđ, apud *Shalem* quod poſtea dictum eſt *Ieruſhalaïm*. i. Ieruſolymitanos *Malkitſedek* Gen. ca. xiiij (vbi ſicut & Pſal. cx. tu es ſacerdos in eternũ ſecũdũ ordinẽ Melchidech, pſonæ peculiare & appropriatum nomẽ non eſt, ſed ap-

Moſes pro Moyſes p ſincopen.

Pharao nomen appellatiuum regiæ poteſtatis.

Regum generales appellationes.

Melchiſedec propriũ nomẽ perſonæ non eſt, ſed appellatiuũ atq; regni.

pellatiuũm, commune, atq; regni, siue regum Salem generalis appellatio. Siquidẽ eius proprium nomen secundum hebręorũ traditionem est Shem, quam ex nostris Hieronymus, Lyra & alij quoq; pmulti sequũt) vl' Adonitsedek siue Auonitsedek, apud ꝑsas Artachshasrat, qđ nos corruptę gręcos sequẽtes ἀρταξέρξιν Artaxerxes dicim⁹ Hesdrę. ca. vj. sicut & Achashuerosh Persarum regis & Medorum propriũ nomẽ, Assuerus, quem. lxx. interpretes Ester. cap. j. ἀρταξέρξην appellatiue vocãt, sicut & Darium, qui ab hebręis Darieuesh dicitur. Apud Iudos, Pręstan, & est qui nunc corrupto vocabulo a nostris dicitur Prębiter Iohãnes. Sicut Turkarum rex, Sultanus, Soldanus. Qui arabice dicit سلطان & chaldaice Shultan. i. potestas vel potestatem habens. Est enim & adiectiuũ nomen & substantiuum ab hebraico shilton vel shallit deriuatum. Apud Syros, Antiochus, vnde Antiochia persidis metropolis. Quod generale regum nomen peculiaria propriaq; sortitur cognomenta, vt Antiochus magnus, Antiochus ἐπιφάνης epiphanes id est illustris Antiochus θεός id est deus, Antiochus σωτὴρ soter, id est qui saluauit vel seruauit. Antiochus eupator. &c. Sicut Artaxerxes cyrus, Artaxerxes cãbyses, Artaxerxes Assuerus, Artaxerxes Darius. &c. quę regum Persarũ & Medoꝝ ꝓpria erant nomina. Et Ptolomeꝰ lagi filius, Ptolomeus philadelphus, Ptolo-

Sem primogenitus Noe.

שם

ארתחשסתא

אחשורוש

דריוש

Shilton potestas vel potestatem habens, Danielis ca. secundo, & adiectiuũ nomen est & substantiuum.

שלטון

meus euergetes, Ptolomeus philopator, Ptolomeus philometor, Ptolomeus epiphanes. Apud Romanos, cęſar, a primo Caio cęſare qui imperium arripuerat, vel, Auguſtus, a ſecundo adoptiuo eius Octauiano, qui poſtea Auguſtus eſt nominatus. Apud Egyptios, Pharao, & poſt Alexandrum philippi regem macedo qui primus in gręcia regnauit, cui cognomentum ſicut & Dario quem in bello interfecit, ac cęteris Perſarũ regibus, erat μέγας; id eſt magnus, vnde Alexander ille magnus eſt dictus, in Egypto Ptolomei, vſq; ad Cleopatram, de quorum numero Ptolomęus ille aſtronomorũ & aſtrologorum princeps minime fuit, vti Aboaſar putauit (quẽ nos corrupte Albumaſar vocamus) Quippe qui ſub Adriano ſcripſit & Antonino, cũ Egypti reges qui Ptolomęi ſunt dicti, & Alexandro magno ſucceſſerunt, ante Chriſtum quadringentos annos floruerint. Atq; hæc de Perſica & Egyptiaca lingua. Vbi aũt diuina lex, Chaldaica vtitur & Arabica, infra, quum ad illarũ laudes ventũ fuerit, nonnihil dicemus. Quã autẽ vtilis ſit et neceſſaria ad ſacrę ſcripturę intelligẽtiam indipiſcendam linguarum quas recenſui cognitio, & pręſerti hebraicę, chaldaicę, arabicę ac gręcę, põtificię leges docẽt. veterum theologorũ exempla ſuadent, ac deniq; chriſtianę reipub. vſus enarrat. Quarum tamen ne vna quidem eſt gręcanica excepta,

Inter Ptolomeum aſtrologum & Egypti reges, plus annis quingẽtis interceſſit.

Primus omnium in Anglia, chaldæũ, hebræũ, Arabicumq; inuexit, & illa publice i utraq; achademia docuit.

que a Britannorum siue, vt nũc loquimur, Anglorꝫ quopiã hac nra tẽpestate hactenꝰ degustata fuerit, & quæ nõ hominẽ exigat prorsus suũ & totũ. Et nihilominus in illis, veteris *tora*.i. doctrinę siue legis (quã Moyses, prophetę & ἁγιόγραφοι Iudęis tradiderunt) ac noui testamenti (quod per apostolos & euangelistas cũctis gentibꝰ creditũ erat nedũ hebręis) mysteria delitescũt oñia, & fidei ac religionis christianę, memorie cõtinent vniuersę. Atq; ex illis, illorꝫ fidẽ quæ a Moyse, pphetis, aut euangelistis scripta sũt, petijt diuus ille πίρτάγλωττος Hieronymus sic ad Luciniũ bethicũ scribẽs. Vt enim veterũ librorũ fides de hebręis voluminibꝰ examinãda ẽ, Ita nouorꝫ greci sermonis normã desyderat. Qđ & i decretis scribitur sub noie Augustini, sed male, distinctione nona. Vt veterꝫ, Vbi additur ad nouorꝫ, veritas. Ac ante ipsũ linguarꝫ plurimarꝫ cognitio; ne nihilo eo iferior Origenes, eiusq; coetaneꝰ patriarcha Huillus, Eusebiꝰ, Clemens. Aquila, Symmachꝰ atq; theodotio. Oẽs viri doctissimi & hebraicę linguę studiosissimi. Huc igit nõ imerito in primis cõfugiẽdũ monẽt sacrarũ literarũ lãpas Aurelius Augustinus vna cũ ceteris eccliasticis tractatoribꝰ oibus, quoties de istrumẽto veteri nouove testamẽto cõtrouersia mota fuerit, q ca. ij. lib. ij. de doctrina xpiana, de hebręa & greca sic inquit, cõtra ignota signa. &c. & duabꝰ alijs ad scripturarꝫ

Vetus testamentum de hebraicis, nouum uero de græcis codicibus examinandum est.

Origenes græcam, Syram, & hebream, & Egyptiacam linguam ex parte & latinam nouit.

diuinaq; cognitionē hñt op⁹ hebrea ac greca. Et in lib. cōfessionū primo vicē quoq; suā deplorat q̄ his linguis operā magis egregiā nō impēderit. Sine illis, diuin⁹ sermo cognosci, eius ve penetralia adiri, nullo mō queūt. Ad phrasin nāq; & idioma ac ꝓprietatē linguę i qua ē ędita, scriptura sacra venit exponēda, in decretis distinc. xxxviij. locutio. Et ob id parti Clemēs pōtifex sūm⁹ eas doceri i Lutetia, Bononia, Oxonio atq; Salamētino studio sanciuit, legeq; lata cauit, vt in illis essent, q stipēdio vl̄ regū vl̄ antistitū i hebręis, arabicis ac chaldęis lr̄is mererēt, fidē xp̄iānā deinceps āplius facilliusq; ꝓpagaturi. Certe hoc statuere nūq̄ tantopere roman⁹ ille alijq; pōtifices eiusdē vrbis curassent, si nullam in linguis frugē sitā esse existimassent. Ad has autē linguas perdiscendas, me quoq; animauit, incitauit, atq; ad illas adipiscendas studio flagrare fecit p̄ceptor & doctor noster supra q̄ dici queat fidelis, apostolus Paulus πολυγλωττότατος, qui non vno in loco inanem & sophisticam philosophiam dānans, inter spiritus sacri charismata atq; dona, linguarum quoq; donum cōnumerat, & deo gratias agit, ac in eo gloriatur, q̄ cunctis Corinthijs nedum apostolis oīnibus (vt Hieronymus intellexit) μᾶλλον γλωσσαις λαλῶ id est magis linguis loquatur, linguarum munus prophetiæ dono pene ꝓponens vel saltē adequās vbi per earū interpretationē cōmunitati pro-

Cap. 13. & 14. primi confessionum.

Diuersarum linguarum gratiam possidebat Paulus, unde & in domino gloriatur.

Maior esse prophetá ab apostolo existimatur quis quis ē qui linguis loquitur atq; interpretatur, &c.

dest, & γλωσσολαλίαν ἀλόγῳ ad Corinthios scribens. cap. xiiij. epistolę primę, vbi paululum ante Volo, inquit, oēs vos loqui linguis, ac in calce eiusdem, & loqui linguis ne prohibeatis vetueritisve, vti faciūt Paulo cōtrauenientes verbosi isti & odibiles sophistę, qui, quia linguarum ac bonarū literarum sunt rudes, ipsas stolidissime faciunt ob inuidiam quam cōtra eruditos conceperūt, omnium malorum quæ sunt in orbe parentes. Quibus ineptissimus & per σοφιστικὴν ac inanem philosophiam vehemē ter seductis. (Siquidem in illa & contentionibus tanq̄ ad scopulos syreneos cōsenescunt) Hieronymus, Origenes, cęteriq; omnes eruditis insudantes linguis (quæ disciplinas oēs instrumēta sunt discēdi, atq; ad illas fida presidia adiumētaq; maxima) desipere & ineptire iudicant, cū ipsi loquacitate sua (multo ridiculi magis q̄ dicaculę femię) dei verbū extinguētes, prę deprauata illa sua cōcertatiōe ac argutiarū fuligine, vet⁹ instrumētū dei prīs sermonē, negligant, & nouū testamentū quod in eo cōtinet & ex illo desumptū ē totū, quasi idiotis scriptū vilipendant, omniaq; sua opinione intelligētes nihil itelligāt. Iudęis & Mahumetanis assidue legē suam nocturna manu diurnaq; versantibus & eā pueros quoq; suos fere adhuc infantes docentibus in his potissimum quę ad fidem spectant multo inferiores imo ne comparandi quidem. Cęterum e re nostra

Sophistia, id est inanis sapientia.

esse non putamus cum his, manus nūc conse-
rere, quin potius ad institutum resiliens vt lin-
guis operam nauarem me etiam nō inflamma
uit modo diuus Augustinus (qui in libro de
doctrina christiana sic scribit. Contra ignota
enim signa ꝓpria, magnū remediū est, lingua-
rum cognitio, & ad intellectum scripturę, lin-
guarū hebraicę & greçę notitia uecessaria ē)
sed compulerunt libri quidam chaldaici he-
breí & arabici. Si libri sint & nō potius thesau
ri, eos enim apud me recōdo perinde ac reges
margaritas & gēmas, casu meas in manꝰ per-
uenientes. Illis ne quicq̄ profecerimus, aliorū
esto iudiciū. Vnū citra arrogantiā nō tacebo,
labores lucubratiōesq; nr̄as doctissimis viris
nō displicuisse & in primis reuerēdo domino
Iohanni tailer inuictissimi principis nr̄i apud
christianissimū Francorū regem oratori. Ar-
chidiacono Surey, Ioān̄i Stochsley theologo
absolutissimo triūq; pricipaliū linguarū īterp̄
ti pitissimo, Generosissimo equiti aurato Ia
cobo bullein in diuinę legis scientia nemini se
cūdo, venerabili quoq; prefecto totiꝰ ordinis
Gilbertinēsiū d. Tomæ hurskey patrię meæ
luminari maxīo sicut etiā est Kantię totiꝰ reue
rēdus pater Guilielmꝰ frisel monasterij roffē
sis prior, & humanissimo doctori Taito, ac
doctori Louello, alijsq; multis nr̄i regni ma-
gnatibus, vt ne quid interim dicam de Caspa
re Amō eximio theologię ꝓfessore sancteq;

Cap. undecimo libri secundi de doctrina christiana.

Dominus Hurskey decus lumen, splendor & gloria Eboracensium

linguę perito, q me in Bauaria q̄ humaniſſimę tractauit, theologis Louanienſibus Oxonienſibus, Pariſiēſibus & Tubingēſibus, vbi etiā prim⁹ oīm chaldęa & arabica fundamēta publice docui atq; a clariſſimis humaniſſimiſq; illi⁹ achademię (que Sueuię gēma ē) doctoribꝰ rectore videlicet magnifico Petro, Lēpio Baltaſare, Simlero, Ioānę & ſtofflero iuſtigē ſi iucunde & honorifice ſum exceptus & habitus. Prę̄ſtare p̄terea me poſſe nōnihil illis in linguis indiciū erat vel hoc certiſſimū, quod nō pauci aliūde ſacrę theoſophię iuriſq; vtriuſq; ac rei medicę profeſſores & (vt vulgo vocāt) doctores, ipſimetq; iudęi (inter quos iam rara auis ē grāmaticę doct⁹ & q *kedin umiſhpat had dikduk* ac ex arte loquat̄ hebraicę) vt alios q *mik ketſotb haarets* & de lōginquo ad me venerūt, taceā, p̄ter cōmunes ac publicas lectiones ædes nr̄as cōueniētes, puatas quoq; i chaldęa ac arabica nedum hebręa lingua deſyderabant, atq; etiam habebant. Anim⁹ eſt & propoſitum interp̄tari vobis in his publicis ſcholis, hebręas primū literas, illas potiſſime ex quib⁹ ſolis ſingulari deo dono eiuſq; ſumma p̄uidentia linguę ſanctę proprietas idiomaq; ac peritia pendent. Deinde ſi qui voluerint a nobis diſcere ſermonem ſyrum (quem Daniel & noſtri chaldaicam appellant linguam) grę̄cum, arabi̇cum aut indiacum, audireve quo nam pacto ab hebręis chaldeis aut arabicis interpretibus

Louanij, Oxonij, Pariſijs & tubingæ publice profeſſus eſt hebraicam linguam chaldæam & arabicam.

Iudeorū plerique hoc noſtro ſeculo grammaticæ indocti ſunt, & hebraicā linguam inconzrue imperitę tenēt, ex uſu inſuper & non ex arte loquuntur.

Ex ſolius priſcæ legis libris ſacris, uiginti & 4. canonicis, p̄prietas hebręæ linguæ peritiaq; cōquiritur.

intelligũtur lex & prophetę, totũq; demũ ve-
tus instrumentum potissimũ hebraice & parti
syriace arabiceq; cõscriptum, a quo fundamẽ
tum & ratio totius christianę religionis petũ-
tur, aut si cui libuerit pręter *mikra, mishna* (quam
greci vocant δευτερωσιν deuterosin & hebrei *tora*
shebbaal pe) in qua, orientalium doctrina contine
tur omnis & vniuersam scientiã iudęi ponunt,
talmud vbi omniũ linguarũ verbis vtũt hebręi,
vel Onkeli aut Ionathe *Targum* vbi multa in-
sũt arcana & recõdita fidei sacramẽta, *Gamarã*
Mechilta, Midhrash, o Kabala nobiscũ perscrutari, nul
li operam negabo, quin paratus sim diu noctu
q; omnia impartiri atq; communicare discere
cupientibus, quecũq; nos secreta de intimo he
breorũ fonte ac eorum traditionibus libaui-
mus, & ex linguæ suę frequẽti indefessa ac as-
sidua lectiõe, infatigabili studio, multo sudo
re & quotidiano exercitio, multoq; tempore,
nec mediocri, tum ingenij, tum oculorum,
tum valetudinis iactura, vt omnium dificil-
lima, periculosissima longissimaq; itinera &
sumptus non mediocres atq; marina pericula
fileam, assequuti sumus. hec sunt quæ vobis
pollicemur. vtinã prestare valeamus. Nullus
vero (obsecro) vel suspicetur me videlicet qui
αὐτόμαθης καὶ ἀυτοδίδακτος pręceptorũq; auxilio nõ
nisi mutoę, vt dicit, sũ vs, q dubijs nõ rndẽt,
tam petulantem tardum & hebetẽ, vt has me
plene vobis liguas tradere pollicear & singlis

*Omnis orientalium sa-
pientia in Mishna compre
henditur.*

*Hebræum, Syrum, Ara-
bicum et grecum sermo-
nem nullo precunte pre-
ceptore didicit.*

*Libri dubiis non respon
dent.*

illis docendis me consummatum perfectũq; preceptorem arbitrer, cum non *giddalti bein anshe hen uueartsothehen aphhal pi bathi hadh techunothehen* me cõ fortante sententia (quam statim ponam) Rabinorum nobilissima excitanteq; *uuemakom shein anashim hishtaddel lijoth ish*, id ẽ in loco vbi precepto res sunt nulli & nõ poteris *labasoth lecha raf* tu ipse magister tibi sis, curaq; vt te virũ prẽstes strẽnuũ. *ki im* ita de me, qui curas poltponens oẽs altissimo a rebus ocio, studioq; vmbratili & sellulario, eis solis solus neminem habens qui mecum vna in eaꝫ palẽstra exerceri cupiebat, bis senos hosce annos perpetuos, laborem improbum, summam diligẽtiam iuxta ac studiũ id quod vestrum pene neminem fugit, adhibui, & qui quicquid in illis ex ipsarum infatigabili studio cum luminis oculorum diminutione non mediocri profecerim vestrũ omnium iudicio defero, ita inq̃ de me potius quẽso censeatis vt meę conscius ignorãtiæ quicquid quæsieritis vobiscũ scire coner, magistrũq; esse renuẽs comitẽ ac sodalẽ spondeã. Et cum Hieremia dicam, *Ani haggeuer raa honi* id est ego ille vir sum qui vidi inopiã pauperta tẽq; meam, agnosco enim exiguas vires ingenij mei, q̃q; mihi sit curta supellex haud me latet, fateorq; me indignũ docendi munere, at Nasonis *mashal* nulli deꝰ omnia soli cõtribuit, item & Maronis, nõ oĩa possumus omnes, tritũq; illud puerbiũ ἐν ἀνάγκῃ γὰρ τὸ τίλλιον ἀλυκάτον .i.

Studium proprium,

Duodecim annos linguis perdiscendis enixissime insudauit.

Lectio continua exoculat.

Threnorum ca.3

in omnibus perfectum esse impossibile, minime nos fugiunt. Verū vt non impudēter quęsiui hoc munus, vt non ad rem tantam tumid⁹ aspirauí, quantumq; me imparem magis huic oneri perspiceo, quantoq; vos digniores idoneo ad hanc rem pręceptore, tantum inuigilādum mihi censeo, & totis enitendum viribus quo vos nostrę ꝓfessionis minime pœniteat. Vt quod igenio aut doctrina p̄stare nequeā, diligentia saltē labore & fideli cura, industria atq; sedulitate nauandi operā vobis resarciā. Sed & operam nostram iuuabit ardor vester & huius linguę discende studiū, nec diligētię min⁹ adijciet q̄ nō ad illud vos vt horter op⁹ esse video, satis em̄ incitati accēsiq; estis, tātū adhortor vt hui⁹ literaturę cognoscēdę desyderiū hoc vestrū ardēs ac cōcitatū sequat̄ diligentia & cōstantia, ab inceptoq; per ignauiā ne desistatis, laboremve detrectetis/ qui certe in ipso hebraicæ literarū *petbach lenaphshotbechem ijnbam* illud semper animo versantes dimidium facti q̄ cœpit habet, imo πλεῖόν ἐστι τὸ ἥμισυ τοῦ παντός .i. principiū esse plus q̄ dimidium totius. ἀμφὶ τὴν ἀρχήν. *Mebatta* secundum absoluemus & laudes linguę sanctę primū aggrediemur, vbi nonnullis parū pijs imo plane impijs & in deū ac eius sermonem blasphemis, paucula quedā prius respondērim⁹ qui sacrę illi & diuinę linguę barbariem impingunt, cum nihil interim ipsa sit mundius, nihil castius, nihil vsq̄ elegantius, q̄ Hieronymus eam propter incultam. i.

simplicem antiquitatem vno aut altero loco barbaram appellitet queraturq; se in latino sermone rubiginem contraxisse posteaq̃ illi operam impendisset, quasi vero Plautus greci ac hebręi linguam quoq; Romanam similiter barbaram non vocarint, & idem non accidat etiam alijs linguis operam nauantibus atq; digna non esset hebraica lingua, quæ vel cum Romani sermonis detrimento disceretur, cum tamen non alia de causa conqueratur Hieronymus defloratam esse venustatem nec pręceptorem *bar chanina* Iudęum allegauit q̃ vt vehementius suum in hebraicis extollat studium ac labores & vigilias suas posteritati commendet. Constat enim ipsum post imbibitas hebręorum literas non minus venuste latine scripsisse q̃ prius. Et ipsemet prouectior linguæ sanctæ alumnus factus, Isaię. ca. xxxix. locisq; alijs sexcentis, illã linguarũ omniũ matrẽ vocitans, a barbarię eximat, imo greca & latina copiosiorẽ prędicet, interq; tres principales linguas ad quas omnes alię reducuntur, quibus titulus dominicę scriptus est passionis cõnumeret, ac Isaiam prophetam hebręum phalerata eloquentia adornatum profiteatur. Cæterum vt aliæ linguæ humanę elegantes ac bonę dicuntur, ita hæc alias omnes excellens, quia credita sunt ei eloquia dei elegantissima optima & diuinissima. Nam quæ ab optimo autore elegantis-

Hieronymus cõtra Rufinum.

Hebraica, Græca, & Latina, tres sũt precipuæ linguæ, ad quas omnes aliæ reducuntur.

simoq; deo videlicet, initium sui traxit, fieri non potest quin sit & ipsa optima elegantissima atq; illi proxima. Diuus nempe Paulus ait, si stirps radixq; sancta est & sancti rami. Sicut igitur deus vnus est ac sanctus minimeq; barbarus, ita est illius vna & sancta lingua intemerata, incorrupta, ac nequaq̃ barbara, sed vt eius autor est ac origo, eloquentissima. יהוה *Iehoua* etiam ille deorum deus, non græca qua Plato scripsit lingua locutus est, vt Tullius futurum falsus sperabat, sed hebraica qua Moyses. De Platone namq; Cicero dixit, Iouem si loqui velit non aliter locuturum q̃ scripserit Plato. Adhæc, cum nostri Messiæ siue Christi saluatoris generis humani יהושוע *Iesbuah* tunicam spinas ac sanctam crucem venerantur, cur non multo potius & eius linguam sacrosanctam (qua homines in via salutis eternæ direxit) adorant? Præterea quid ea poterit esse mundius aut elegantius qua omnium mundissimus elegantissimusq; leges nobis tam humanas q̃ diuinas præscripsit? Docens plane absq; vllo offendiculo, absq; obscuritate castitatem, temperantiam, modestiam, humilitatem, abstinentiam & id genus virtutes alias, eaq; exprimendo, summa elegantia, verborum proprietate, spiritus vehementia vsus est. At talem reddidit suam linguam, qualem esse oportet, qua

oim elegantissim⁹ p̄cepta electis dare voluit, eaq; electo⁊ historias cōscribi. Nō enim Romano⁊ gręcorūve egregia facta hebraicę sūt conscripta, sed vna sancta lingua sancto⁊ gesta ꝓdita sunt, pro quib⁹ nos iā assumpti, q̄d, quia Moyses simplicē redolet antiquitatē, vere sanctam & natura elegantē linguā sine qua scriptura intelligi nequit, barbariei accusam⁹ cui eloquētia ineſt sūma? quid eo⁊ idioma ingrati nolumus, quorū fidē ꝓfecti⁹ ab illisipsis heredū instar accepimus? maxime cū & ipsum non negligenter curet vocū cōcinnitatē vocu, lationisq; rationē quę in Salomone quidē Dauid, Osea ac Isaia ē suauissima, atq; etiā in dicendo πρέπον decorūq; ac idioma diuinū taleq; quale os dei locutū est quod ꝓsuadēdi vim habet maximā seruet, & suā habeat proprietatē, nitorē suū, suam elegātiam, illiq; insit propria venustas splēdorq;. Quicq̄d eiñ exorbitat a biblio, q̄ hebręis dictionariū ē, & solum apud illos sequi debem⁹ ac autorē aliū nullū (Nā in eo tm̄ cōtineť quicq̄d ē pure hebraicū, & autorū dicta pleraq;, somnia sunt ac vnū bibliū vrget) illud quoq; ab elegantia discedit, & quē admodū apud latinos qui Ciceroni propior est, elegātior habetur, ita qui ad biblij phrasin quę vna ἰδιοτισμὸν hebraismum redolet & hebręis est dicendi norma, quaq; totū nouum testamē tum hebraico gręcū scriptum est, magis accedit is scd'm hebręos meli⁹ scribit & ꝑfb deuarin

Efficaci atq; uera eloquētia & diuino dicendi genere hebræa lingua alias omnes excellit.

Hebraicū dicendi genus est diuinum.

Vniuersa dicendi ratio totaq; uis apud hebræos ex biblio pendet, et quod in eo reperiri nequit, syriacum potius est talmudicum ue aut arabicum q̄ purum hebræum.

eloquentiorq; exíſtimatur, *lohazim uehimke ſapha uechiſde laſhon.* i. rudes & barbaros, pfundoſq; labio & graues lingua, hoc eſt difficulter loquẽtes & balbos, omnes appellantes, qui lingua ſancta non loquũtur. Vti ex initio capitis tertij Ezechielis liquido apparet & exordio pſalmi q incipit Cũ egrederet Iiſrael de egypto, familia ſeu domus Iahakof de populo rudi ſiue barbaro. Quem morem greci quoq; imitãtes & Egyptij, omnes alias a ſe gentes, barbaras dixerũt. Quod & herodot⁹ his verbis teſtat, Ἑλλάδδουσι πάντας οἱ Αἰγύπτιοι καλέουσι τοὺς μὴ σφίσι μόγλωσσους. i. Egyptij em̃ barbaros vocãt oẽs q nõ linguę ipſoꝝ cõſonãt. Sapiens inſuper ille Salomon cuius verba ſunt *methukim middeuaſh ueno phcth tſuphim* quoniam מְתוּקִים מִדְּבַשׁ וְנוֹפֶת צוּפִים parabolas compoſuit *lehauin maſhal umelitſa*, hoc eſt, vt auditores ſuos intelligere faceret parabolam & eloquentiam ſiue ornatum ſermonem. In quibus (deus bone) videre licet, q̃ eſt in natiua lingua vbi ei⁹ verba rithmica magnã & vim & artem cõtinent, vehemens, ſublimis, copioſus, grauis, reſonans, & veram dicẽdi artem vndiq; ſpirans. Euſebius quoq; ceſarienſis vir omnis antiquitatis peritus vndecimo de pręparatione euangelica libro, capite tertio, narrat fuiſſe Iudęorum quoſdam legũ ſacrarum ac enigmatum expoſitores, quos ἀντιγράφους id eſt ſecundarios ſolebant nuncupare, qui in cantuũ odarumq; ſolerti cõpoſitio-

Pſal. 119. id eſt dulciora melle & fauo.

Canticorũ. ca. 4.

Parabolarum. ca. 1.

Salomon ex profeſſo eloquentiã in parabolis docet, quæ & uerborũ & rerũ copiam diſſyderat.

ne ſuos erudiebant, tanta ſermonis elegantia, vt ſi quis linguæ ſuæ peritiam habeat, eloquẽtiſſimos certe multos eorum poetas & oratores fuiſſe putabit. Sunt etiam inquit apud eos artificioſiſſima carmia videlicet heroica, trimetra, tetrametra, & id genꝰ cętera. Quod quoq; confirmant Ioſephꝰ, Philo, Origenes & Hieronymus. Vbi deniq; exquiſitior ars rhetoricę non fictę & calamiſtratę, ſed verę, q̃ in Oſea, Iſaia & Salomone conſpicitur? tantum profecto abeſt vt lenocinia dicendi fucataſq; orationis illecebras ſacra ſibi ꝓcuret ſpiritus ſancti lingua vt nihil oderit magis, probe ſciens ſapientiam & diuinum dicendi genus quod perſuadendi vim habet maximam, lęnocinio orationis inquinatum iri. O deum immortalem quam beata, quam iucunda & quam aurea habetis ſecula, quod ea vobis obuia ſit & oblata, imo ſeſe vltro offerat proq; foribus excubet lingua (ac iam domi beneficio principis liberaliſſimi gratis lecta ſit ſine vlla mercede, & vel in menſe addiſci poſſit a viro qui hoc prę̃ſtare valet paratiſſimo) quam olim maiores noſtri incredibili affectu deſyderarunt & quaſi toto orbe fugientem nõ ſine maximis impenſis perſecuti ſunt, eam longa difficiliq; peregrinatione longoq; tempore vix tandẽ atq; egre vel a malignis vel perfidis precioſis ve nacti p̃ceptoribus. Eteni illius perdiſcendę gratia atq; vt eã ſibi notam

De metris hebræorũ qd ſentiẽdum et in uero ſit, Autor infra docet in laudibus Arabicæ linguæ.

Veni rurſus Hieroſolimã et Bethlehẽ quo precio, quo labore bar chanina, nocturnũ habui preceptorem. etc. Hieronymus ad Oceanum.

haberet quo scripturã sanctã lucidi⁹ intueret beatus Hieronymus Syriam adiuit totãq; cũ eruditissimis hebręorũ circũibat prouinciam quã vniuersę Christi ecclesię sonant diuq; inter eos versat⁹ est atq; ab eis nõ modico tẽpo erudit⁹. His addendũ est, q; ad eius & scripturę intelligẽtiam indipiscendã nec barchanina Iudęũ eũq; nocturnũ aspernat⁹ sit doctorẽ, imo non paruis redemerit nũmis. Sicut & Lydeũ quẽdã p̃ceptorẽ atq; Tyberiadẽ, q legis doctores apd hebręos admirationi habebãt, & haberi putabant primi. Expert⁹ etiã ego sũ si licet parua cõponere magnis, quãtis sit op⁹ laborib⁹, vigilijs, sumptib⁹, auxilijs deniq; volentib⁹ hebręoꝝ penetrare secreta. Noui q̃ nõ libenter i suaꝝ lr̃aꝝ adyta nos admittat gens illa pernicacissima. Sed ad institutũ, hebręoꝝ liguã cũ qs itrospexerit, cõstare p̃cipiet sono canoro & modulato maiestateq; & viuaci luce or̃onis quę legẽtiũ aios nõ solũ mouere posit sed & p̃strigere ac quodãmodo coartare. Suo p̃terea cõcẽtu & melodia, harmoia acmodulatiõe uocis, nã p̃ modũ cãt⁹ rõne musici ac cẽt⁹, legũt hebręa, mẽtes auditoꝝ a tepore & sõnolẽtia excitat, atq; artificẽ linguę motũ p̃latiõe nõ negligẽs vnũ sẽsũ spũ vno modeste depromit, nõ cõfuse, nõ p̃misti, nõ p̃ p̃cipitia σὺν τῷ ὧμα μὸν μὸς μὰ καὶ μνημοσ τα ξεαλια ſꝫ oratorio nũero & maiestate, grauitate ac ordine quodã. His accedit q̃ ḡtũ in verbis simplex videt

Hebraicæ linguæ mira dulcedo.

Scripturæ sacræ textus ab hebræis legitur i suis synagogis & scholis per modum cantus.

& facilis, tantum in maiestate sensuum profū
da ē & multiplex. Quādoquidē in vno & eo-
dem versiculo quattuor, quinq; vel sex quan-
doq; sensus deprehendes, qua in re certe alias
linguas longe superat omēs, & eius verba mi-
nime phalerata sic de industria deus effinxit,
quia hominū linguę cęterę etsi verba habeāt
extrinsecus nitida & vix ab Apolline intelli-
gibilia, figuris etiā numerisq; elaborata, sępe
tamen non captiunculas modoatq; nugas ca-
noras sed & quisquilias includūt nugaces, in-
trinsecusq; vacua sunt. At hæc lingua diuitias
suas dissimulat, & flores dulcesq; fructus in
sinu habet, non ostētat. Quid plura? in recessu
plus retinet vnde detineat, q̄ prefert in fronte
vnde capiat bracteatisq; Alcibiadis Silenis ē
simillima. Quoꝝ simulachra extrinsecus erāt
hispido ore, tetro & aspernabili, verum intus
plena gemmarum supellectilis rarę & pręcio-
sę. Sua deniq; nō vulgari nec promiscuo modo
tractat hæc lingua, sed propriis verbis quę
maximam vim persuadendi obtinēt, propriis
accentibus, propriis incisis, propriis figuris,
propriis circuitibus, propriis emblematibus.
In quibus (deus bone) videre est, quantū dul-
cedinis, quātum suauitatis, quantum virium,
quantum energię, quantum vehementię ha-
beatur, scio notissimum & tritum apud vos il
lud esse τὶ δὲ ἀντὸν θῆριον ἀκούσητε id ē, quid autē si
ipsam bestiā audissetis sua scilicet verba reso

Sensuū fœcunditate he-braea lingua alias omnes longe præcellit.

Aliud in cortice præfe-runt, aliud in medulla retinēt litere hebrææ.

nantem. Eant nunc impij illi qui ſpiritus ſancti linguę cõuiciantur & hebraica Chriſti verba quę ſpiritus ſunt & vita, viua, animata, flãmea aculeata, ſapientiaq; ſpirituali plena exiſtiment ruſticana, barbara, rudia & agreſtia, quę nõ mouent tantum & perſuadent, ſed cogũt, agitant, vim inferunt, & ad imum ſpiritũ penetrantia hominem totum poteſtate mirabili tranſformãt. In quibus per tot iam ſecula clariſſimorũ virorũ ingenia ſudauerunt, vt ἐτυμῶν & rationem vniuſcuiuſq; verbi magis opinati ſint, q̃ expreſſerint, ſimulq; reliquias linguam & fidem vna cum apoſtatis rideãt & deſerãt vel tandem atq; inuiti nobiſcum linguam eloquentiſſimam omniumq; primam amplectãtur, exoſculentur & colant. Verum nos hæc nunc miſſa facientes amodo linguã hanc oſtẽdemus non modo eloquentia cæteras omnes pręcellere ſed etiam vt diſcatur facilitate, cũ inter omnes linguas ſi quis lexicon in ea iuſtũ ſibi comparauerit, ad diſcẽdum ſit facillima, atq; ad eius vocabula efferenda Gallis *Sheenan meuinim likro haſſhin uekorin otha kemo taph rapha* Italis & Germanis multo noſtrates ſint aptiores. Quandoquidẽ ea aptitudine & facilitate modo operã dẽt, hebraica ad purũ verba inſpirãt Anglí ac de illorũ ore reſonãt, qua media nati educatiq; Hieroſolyma iudęi. Nam teſte Ioſeph *ben gurion* quem nos corrupte Ioſephũ penultíma correpta appellamus, apud hebręos

Hebraica lingua ſapientiæ ſpiritualis pleniſſima

Etymologiæ nominũ hebraicorũ perpaucis notatæ ſunt.

Hebræa lingua ad diſcẽdum facillima.

Inuitat ac allicit cõterraneos ſuos ad hebræa diſcẽda a prolationis affinitate. Nam pronunciatio aſpirata Anglis eſt germana & genuina.

omnia ex legislatoris Moyseos sapientia pendent, ac nō sine singulari dei dono eiusq; summa prouidentia ex biblijs tantum *minhag umisbat leshon hakkodesh* consuetudo hoc est stilus & proprietas linguæ sanctæ peritiaq; comparatur, & in eis cumulatissime deprehenditur vberrima non solum doctrinę omnigenę, sed etiam eloquentię solidę seges. Regulę pręterea & præcepta quibus sacratissimæ istę literę discuntur, non mira tantū breuitate, modo adsit præceptor idoneus, sed & gratissima facilitate pollent. Id quod plane aliquot e vobis breuia ac leuia præcepta tradens & simul clara partim nuperrime ostendi & deo adiuuante breui me vobis omnibus plenius monstraturum polliceor, efficiamq; vt citra laborem vno momento penitus pernoscatis, vos enim per anfractus, circuitus aut ambages nō deducam dediscendave docebo, quod ipse cum ea luctans & pessimo vsus magistro nempe meipso, præceptorem alium comparare nequiens multis male locatis vigilijs, labore improbo ac erumnali, temporeq; non modico ex omni librorum farragine vix tandem atq; egre adipisci potui. Interim Iohannem Picum qui mense vno hebraicum didicit, virum inter principes omnigena disciplina omnibusq; linguis eruditissimum, Marcilio Ficino loquentem audite. Postq̄ enim hebraicæ linguæ (sic enim inquit) per

Magistri eruditio discipulorum profectus.

Non ex præsumptione ipse docuit sese.

petuum menſem dies noctesq; inuigilaui. ita vt pene me exoculauerim, ad Arabicę ſtudium chaldaiceq; totus me contuli, nihil in eis veritus me profecturū minus quam in hebraica profecerim, in qua poſſum nondum quidem cum laude ſed citra culpam epiſtolam dictare, videte quid poſſit impetus animi, videte quid labor & diligentia, etiam vbi vires ſunt infirmiuſculæ. Hoc idem profecto prę-ſtitit cuius & ego rei conſcius ſum D. Richardus Paceus, qui tribus menſibus tres ſimul linguas hebræam videlicet chaldęam ac Arabicam me quoq; docente non impigre didicit, vir in quinq; linguis principalioribus principe Pico certe non inferior. Nobilis inſuper Paulæ vrbicæ primogenita filia Bleſilla, in paucis non menſibus ſed diebus, vt Hieronymus refert, ita hebręę linguæ vicit difficultates vt in diſcendis canendiſq; pſalmis cum matre contenderet, de qua & hebręa lingua in libro de eius obitu idem quoq; Hieronymus ait ſe infatigabili meditatione hebręā linguā nō deſerere neipſe ab ea (hebręa videlicet lingua) deſeratur. Adeo nāq; iſraelici idiomatis perita fuit, vt pſalmos hebraicę caneret, & ſermonem abſq; vlla latinę linguę proprietate perſonaret. Quod quidem vſq; hodie in ſancta filia eius Euſtochio cerminus hactenus Hieronymus. Viris igit etiā ſenibus ſine pudore ſummo videri difficilis

Ipſum fideliſſime docuit eat.

Origenes græcorum doctissimus non sibi satisfecit donec græcorũ chaldeorũq; literas uel senex eddidicisset.

nequit hæc lingua, quam Origenes greçę nationis homo delicatioriſq; ac minus cum hebraica pronunciatione atq; phraſi cognati ſermonis, iam canus & ſenex contra etatis gentiſq; ſuę naturã affecutus eſt & adeo breui tẽpore didicerunt princeps Picus clariſſimuſq; Paceus, ac tam facile cõſequutę ſunt nobiles illę fœminę. Multo igitur etiam magis, minus ſenibus de hebraicę linguę peritia nanciſcẽda deſperandum eſt, ſi cogitent Capnionem germanorũ lumen doctoremq; Louellum ita noſtrę quoq; gentis iubar etate prouectiori ſicut & Origenem greçorum doctiſſimum ad illi⁹ linguę penetralia pueniſſe, Catonẽq; ſeptuagenarium greçam didiciſſe. Taceo Rodolphum Agricolam, Eraſmum Roterodamũ, Iohannem taylerum, Taitum, Louellum, & illũ de Lyra Nicolaũ qui oẽs appropinquãte ſenio hebraicis literis operã nauarunt. Expergiſcimini itaq; adoleſcentes, Seniores vero (qui iuuentutem ſolam linguis perdiſcendis eſſe comodam, grãdiores vero minime poſſe aſſequi putatis) hebetudinem ab animo excutite vl̃ tantorum virorum imitatione. Nam ſi tam excellentes homines annoſa in etate intelligentes ſummum ad acquirendam ſapientię diuinę ſcientiam adminiculum ſibi defuiſſe, tantum & tam vehemens ſtudium ſero tandẽ hebraicis impenderunt, quatenus labor eorũ in poſteros quoq; redũdaret, curnos turpiter

desperemus, quin & nos adnitamur quod illi nō sunt veriti conari, in effectūq; perducere? labor omnia vincit improbus. Nihil tam arduum, nihil tam inuium natura constituit quo virtus non possit eniti si bona non desit volūtas. Et reuera non eloquētia, sensuum fœcūditate ac discendi facilitate tantum, sacrosancta hæc lingua alijs loquelis omnibus pręstat, sed & nobilitate, perfectione, antiquitate, puritate, pudicitia, breuitate, sanctimonia, significationū affluētia, ęquiuocorꝫ et synonymorꝫ copia, celitus ei indulta virtute, inuentione ac deniq; vtilitate. Cæteris etenim cūctis linguis dignitatis & præstantiæ plus hebraica sortita est, tum ꝙ alię, hominum inuenta ꝓculdubio sunt humanaq; agunt causas, hæc autem excellentissima nobilissimaq; lingua non hominis est efficta ingenio sed celitus nobis demissa omīno diuo nobis refert numine digna, nō lasciua, nō fabulas, sed æquas ac iustas ab omnium opifice traditas leges, scitu non solū fideli viro dignas, verumetiam ad animę salutē snmme necessarias, & vt alię linguę nō nisi voluptatem ita hęc salutem veritate affert eiusq; ingēs ac icredibilis gloria, non tam est in dicē di facultate quæ in folijs consistit & flore verborꝫ auremq; pręteruolat, q̄ in vera & fida ꝓfessione atq; sapientia, quæ in medullis ac fructibus sensuum inuenitur: animumq; reficit. Huiꝰ itē linguę naturalis *Maniach* & autor fuit

Dignitas, præstantia & excellentia hebraicæ linguæ, quæ deum habet'autorem.

nō homo quispiā sꝫ vt verissima cōprobat hi-
storia de⁹ ipse optimus maxim⁹ q̄ eā cōdidit
& creauit atq; p̄mū docuit hoiem. In ea enim
hiskiw habbore him haadam Quemadmodum igitur
cūctas dubio p̄cul supeminet lōge creaturas
creator ipse, ita reuera q̄ illi⁹ peculiaris fuit ser-
mo quo ipsi cū Adā cōuenit qđ vł *Issha* ab *Ish*
deriuatio testib⁹ hebr̄eoꝝ p̄ribus p̄spicue de-
mōstrat, p̄q; ipsū peculiari & ineffabili modo
parēti p̄mo tradit⁹, cęteros oēs alios sermōes
supat & excellit. Tum etiā q̄ *Sbene luchoth haeduth*
luchoth cucn kethuvim missbene befrebē beetsba elohim. i. duę
tabulę testimonij lapideę, opę domini factę,
& ex vtraq; p̄te dei digito cōscriptę, solū līras
& verba cōtinerēt hebraica, vocesq; celit⁹ au-
ditę hebraice sēper p̄nūciatę fuerit ἀκοῦσαι παύλου
φωνὴν λαλοῦσαν πρὸς αὐτὸν καὶ λεγουσαν τῇ ἑβραΐδι διαλέκτῳ
σαοὺλ σαοὺλ, τί μέ διώκεις; Lucę itē ca. tertio, vox illa
de cœlo facta, Tu es filius meus dilect⁹ in te
cōplacui mihi, hebraica fuit. Deniq; dignior
ac nobilior ē lingua hęc oīb⁹ alijs, cūctasq;
supat q̄ ad eā in difficultatib⁹ diuinę legis sū-
mū ē suffugiū, deusq; ipemet, illibata christo-
tokos καὶ θεοτόκος virgo מִרְיָם *miriam* eiusq; fi-
lius *rach vvachid* .i. tenell⁹ & vnicus atq; idē deus
salus nr̄a *Ieshuah*, Adā p̄toplast⁹ & prim⁹ om-
niū parēs, apostoli, πρόσωπα παύλου τῇ ἑβραΐδι διαλέκ-
τῳ, patriarchę, p̄phetę, ac deniq; cūcti qui deo
familiares, maximeq; cōiūcti fuere ea vsi prę-
catiq; fuerunt. Quis iam nisi mente captus

Exodi. ca. 31. et Deutero. cap. 9.

Id est, audiuit Paulus vocem loquentem ad se & dicentē hebraica lingua, Saul Saul, quid me persequeris. Actuū ca. 26.

Id est, lotutus est Paulus hebraica lingua. Actuum. ca. 21. & 22.

maniacuſq; fuerit Iſraelitarum linguam, grę-
canica, latina ac alijs omnibus tanto ad minus
pręſtantiorē eſſe denegabit, quanto ἀῤῥητότερον ge-
nuinumq; & naturale artificiali diuinumq; hu-
mano pręſtat ac pręcedit? Perfectiorē autē he
braicā ſcripturā primā & ātiquiſſimā nedū lin
guā cęteriſq; cōſummatiorem, naturaliorē, ac
rationabiliorem eſſe Iudęi ipſimet iactitant
ki beroſſhaar halleſhonot chaſer motſa ma uezze eno chaſer kelū
id eſt, ꝙ multę enūcient prolationes quæ cha
racteribus neq; latinis neq; grecis neq; cętera-
rū linguarū lris deſignari queāt, at vero cōtra
hebraicis. Quoniā vox omis gutturis humani
ſignis ac lris hebraicis notari poteſt, cęterarū
autem characteribus nequit. Hinc eſt ꝙ greci
latiniq; lingua ſolum & nō gutture, vt hebręi
arabes atq; ſyri (quos veteres Aſſyrios voca-
bant) loquentes, deprauate ſcribant ac pro-
nuncient Chriſti & redemptoris noſtri nomē
ישוע iheſuu & Ieſus. Quod tametſi cætera
violaſſemus integrum inuiolatumq; in ſcri-
ptura ſaltem & literis quantum lingua ſinit,
ſeruaſſe, partium noſtrarum fuiſſet qui eius
nomine cenſemur. Pręſertim cum ipſum Iu-
dęi ſtudeāt deprauare, in commentarijs ac tal
mud ſcribētes vulgoq; vocātes ישו Ieſhu ne
ſaluatorē ſignificaret, atq; vt ex hoc euāgeliį
Matthei veritatem negent vbi ab angelo an-
te natiuitatem ſuam (ſicut propriis nomini-
bus Iſmael, Iſaak & Ioſias) ſaluator noſter

Modus ſcribendi hebraicus noſtro naturalior eſt

Chriſtiani Ieſu nomē corrupte ſcribunt & pronunciant.

Iſmael, Iſaak, Ioſias & ſeruator noſter Ieſus ab ante ſuam natiuitatem a deo uel angelo proprijs nominibus uocati ſunt.

Ieſhuah vocatus eſt. Interpretatur enim יהושע. *Ieſhu* eſt vel, ens ipſe, ſiue fuerunt. Verum nos iam Athenienſibus ſimiles ſumus q̃, vt actuũ decimo ſeptimo ſcribitur, arã habebant ignoto deo dedicatã. Siquidem Ieſu quẽ colimus nomen ignoramus. Quod a vocabulo ducis יהושע & Ioſue ſacerdotis certe diuerſũ eſt, quicquid dicat Eraſmus. Et reuera in omnib⁹ noui teſtamenti libris grẽcis ac latinis Ieſu nomen corrupte ſcribitur legiturq;. Atq; ob hoc igitur vel vnum inſignem errorem optandum nobis eſt vt in manibus habeamus hebrẽum Matthei euãgelium, quod ſecundum Theophylactum Bulgarię archiepiſcopum Iohannes euangeliſta in grẽcũ tranſtulit, licet Athanaſius narret illius interpretem fuiſſe Iacobũ qui dñi frater iuxta carnem fuit. Certe Matthęi Authẽticum ſi, vt veteres tradũt ad vnũ vſq; omnes, hebraicę primo ſcriptũ fuit, nũq̃ vidit Hieronymus, qui, quis in grẽcũ tranſtulit illud, ſe ignorare dicit. Sed ad inſtitutum, nulla alia inuenitur lingua, quæ oñia loquitur æque propríe & argute, & per literas hebręi pſalmos & ſua myſteria diuidunt, nulliuſq; alterius linguæ literis numeri quilibet tam plene perfecteq; oſtendũtur vt hebraicę. Quanq̃ Arabes ac latini ꝑprias notas charactereſq; habeant ad ſignificandos numeros, & alphabeticis literis pro numeris non vtantur, ſicut Indi, græci ac hębræi. Prętera, *ze iore ſhelemuth*

Veteres omnes uno ore narrant Matthęum hebraicæ ſcripſiſſe ſuũ euãgelium.

ballashon habisrith hal col balleshoneth shebi doreeheth hal tas. he metsuth haddeuarim ucholechet achare hikuoth hatteua .i. *Lingua hebraica omnib̄ perfectissima consummatissimaq.*

hoc demonstrat hebręę linguę perfectionem supra omnes alias quod incedit iuxta naturas essentię rerum & naturę vestigia imitat. Siquidem rerū proprietates ac etymologias maxime obseruat atq; exprimit, & vocum hebręarum etymologia cum rei natura adamussim quadrat. Cuncta enim apud hebręos nomina ad vnguem rebus accommodata sunt, illisq; plurimum cōcinna consona ac cognata, sicut apud latinos, murmur, clangor, strepitus, crepitus & alia his similia, exquisitissime & accōmodatissime imponūtur. Apices item & pūcta ipsaq; prima literarum elemēta apud illos īterpretabilia sunt, aliquidq; significāt, quoꝝ tamen nomina quid greece velint, nec ipse Plato (vt Eusebius ait) adinuenire vnq̄ poterat. Cum hebręorum etiam pueri si forte interrogarentur quid Alpha, quod ipsi Aleph dicūt, significat, cōfestim disciplinā respondebūt. Veta vero quod ipsi beth vocant, domū. Gāma autē ab ipsis Gimel vocitatum retributionem & ita de reliquis. Adhæc, in scriptura, ordine retrogrado nostrę scribendi consuetudini, a dextera incipiens, & ad leuam procedens naturę sequitur exemplum hebręa lingua, id quod lapidum & seminum iactu vel stultis patet. Natura enim constitutum est teste etiam Aristotele vt motꝰ a dextera principiū sumēs

Nomina iuxta Romanā legem consona rebus esse debēt.

Alphabetum græcum arabicumq; exemplum atq; imago hebraici sunt.

Inscribendo, hebræi naturæ exemplum sequuntur, naturæ namq; motus a dexteris initium sumit,

In scribendo, hebræi naturæ exemplum sequuntur, naturæ nãq; motus a dexteris initium sumit.

siniſtrorſũ vergat vt & in ꝓmi cœli mobiliſq; motu diurno q̃ oĩbus ẽ vita, eſt cernere. Naturali⁹ igiť dexteri⁹ & decẽti⁹, apti⁹ atq; cõuenięti⁹ nobis ſcribũt nedũ legũt hebręi, q̃ a dextera calamũ ad ſiniſtrã ducẽtes naturã imitãť fœlicius, græcis & latinis a ſiniſtra parte & cõtra naturã dextrorſum ſcribẽtibus, cũ & liberi⁹ quidẽ & oculati⁹ quod ſcripturi ſumus ãte calamũ cernam⁹, poſt vero ꝓpediente calamo offuſcati⁹ ſubtexẽdas lĩras ſimus diſpecturi.

Sermo ſanctus eũctis linguis ad legẽdum & ſcribendum aptior eſt.

Hebraica lingua naturalis & entis naturam ſequitur. non flectens nec ꝓ caſus ſua uarians noia ut græca aľq; latina.

His addẽdũ, q̃ neutro gñe & caſib⁹ careat, naturãq; ꝓ oĩa adeo ꝓfecte hebraic⁹ ſermo imiteť, vt & mõſtroſã nõ abhorreat, imo ſępi⁹ eã quoq; ſequať, quãadmodũ i gñe cõmuni videre fas eſt. Pleraq; enim noia apd̃ hebręos quæ res ſignificãt *aſher en bam ruach chaiim* & inanimatas vti *machanę*. i. caſtrũ, *Ruach*. i. ventus *ſhana*. i. annus & ſimilia; vel genera ſpecierum aſaliũve ſpẽs (vti *adam*. i. homo, quod *coel zachar uneketa* & tam vir quã mulier dicit̃, vti ex geneſeos. ca. patet *chamor*. i. aſinus, vel aſina. *Se*. i. agn⁹, vľ egna *aial*. i. ceruus, vel cerua. *Shor*. i. taur⁹, bos, vel vacca exceptis *aieleth*, *Rachel*, *Atŏ*, *Iachamor*, *aiil*,) gũis ſunt adinſtar androgynoꝝ ſiue hermaphroditoꝝ, vtriuſq; videlicet *zachar uneketa*. i. tã maſculini q̃ feminini. hoc ẽ, cõmunis, vľ. ſi malis, dubij.

Genus dubium.

Quod genus apud græcos & latinos etſi rarũ ſit, tamen apud hebręos frequens eſt. Nã multa apud illos noia ſunt quorũ genus ignoratur teſte tranſlatore *Marchamchim* Samuele filio

Iudę ﬠﬡﬢ ﬠﬢﬡ. Multa prę̄terea ſunt & ſubſtantiua & adiectiua uti ﬡﬠ el. i. fortitudo, fortis. ﬢﬡﬢ meſbar rectus, rectitudo uel ęquitas, ﬢﬡﬠﬠ aſbre beatitudines, beati, ﬢﬠﬡ ſhalō pax, ſanitas, pacificus, ſanus. ﬠﬡﬢ ﬡﬠﬢ ſhūlton poteſtas uel poteſtatem habens. ﬢﬡﬠ nidda elōgata uel elongatio, ﬢﬠﬡ nehim dulcis dulcedoue, pulcher vł pulchritudo &c. Apd̄ gręcos etiā aia, liū ſpecies denotātia noia, gn̄is ſūt cōmunis, & gerūdiis atq; ſupinis carēt quēadmodū ac hebręi q paſſiui quoq; p̄teriti & futuri tp̄is participia nō habēt. Gręci inſup hebręos ſequūt̄ in diphthōgoꝫ platiōe, af, ef, if, ai, ei, oi, & literaꝫ alphabeti ſupputatione denoiationeq; quas ab hebręis deductas corriuataſq; p̄bat ſoni cognatio. Nam Alpha ab Aleph deduci auriū p̄bat iudiciū, teſtat̄ & diſertiſſim⁹ Philo in libro de uita ciuili. Quo cū Iſodor⁹ cōſentit in primo etymologiaꝫ. Et reuera nō tantū apud hebręos *ſhemoth rabbin iauon zachar unckeua* teſte Kamchi in *ſhema* ſed & multitudinis numero terminationem vtramq; poſſident im videlicet ac oth. Verborum item omnium prima vtriuſq; numeri perſona tam ī preterito q̄ futuro generis eſt communis, tertia quoq; pluralis preteriti idem genus ſemper obtinet, vt ne quid dicā de ﬢﬡﬠ Iechanna, ﬢﬡﬠﬢ Iiſharna, ﬢﬡﬠﬢﬠ Iehamodhu, quæ vel maſſoreth teſtimoio ἀφωρίσμενοι ſiue ſemiuiri ſunt. Ad hęc, oculi, man⁹, pedes, & ſingula huiuſcemōi

Hebręi duplicē nominibus & uerbis ſexum ſecundū naturam monſtro ſam attribuunt, uocāt zachar unckeua i. maſculū et feminā Gen. ſ. ca. ſ.

quæ paria ſunt & in natura, bina, atq; ita pariter ſe habent, q̄ neq; prorſus diſtincta aut diuerſa, neq; omnino eadem ſiue vnita ſint vel videantur, dualis ſolum numeri terminationem habent aijm, quę & in illis plurale quoq; indicat. Neq; vnq̄ alias de pluribus q̄ duobus dicitur vt in *mozenaijm* id eſt bilances in libra, ac alijs patet. Nam cętera quę duale habent & natura, bina non ſunt vti *Iom* id eſt, dies *ſhana*. i. annus, & huiuſmodi in biblijs prope cētum, vltra binarium *Iomaijm* id eſt duo dies vel biduum, *ſhenathaijm*. i. duo anni vel biennīū etiā ab eo diſtinctū numerū habent pluralē *iamim* vel *iamoth* dies *ſhanim* vel *ſhanoth* anni. Præterea *hatiſſiſſi* id eſt, Imperatiuus apud illos temporis tantū futuri eſt & rectiſſime *hathidh* id eſt, futurum, ab illis nuncupatur, quia nec eſt, nec fuit quod fieri iubetur, & de futuro ſolum imperare poſſum⁹. Spiritus inſuper ſancti opera ſūt perfectiſſima at hebraicum idioma ſpiritus ſancti eloquiū eſt. ergo lingua illa perfectior humanis omnibus in quas poſt edificationem turris pro familiarū numero fuit diuiſa. Ante enim q̄ ob hominū ſuperbiā hæc lingua perfecta cōfunderetur, ſimplex fuit & immixta, modo vero vt *haggola* codices taceam, vix in reliquis libris ſacris mixtione caret, et a tempore babylonicę captiuitatis eſt valde diminuta. Deniq; quod ſtupendum eſt vehementerq; admirabile, vtcubi, quadrantalia,

In his ſolū quę paris ſūt & natura, bina: duale pro plurali ponitur & cum eo idem oſt, neq; ūquam alias de pluribus quam duobus terminatio et exitus dicitur dualis aijm.

In numero. 72. gentium omnium lingua diuiſa eſt ca. 26. Mathei Hieronymus.

quadrátave vndiq; quę gręci τετράγωνα dícunt cum iaciantur quamcumq; in partem incubuerint immotam habent ſtabilitatem, íta & in hac lin gua ineffabilis atq; arcani dei nominis tetra= grammaton quod apud omnes fere nationes líteras in ſe cõtínet quàtuor, líterę quãtumcũ. q; hac illac, prorſus rurſus, peruertãtur, ſemp vnam & eandem rem ſignificant, eſſe videlicz ac eſſentíam dei qui díxit. Ego יהוה Ioboua & non mutor. Iccirco enim tetragrãmaton ſiue (vt Pythagoras vocat) τετρακτυς id eſt, quater= nío, inter dei cognomina aſcríbitur, q; dei nũ= cupatío, ſí qua modo eſſe poſſit nota mortali b⁹, apd oẽs gẽtes quatuor lrís claudit. Egy= ptij enim θεὸς, gręci θεός, Arabes الله Alla, vt in بسم الله الرحمن الرحيم quod ín librorum ſuorum príncipío aut fíne ferme ſemper ponunt, lícet quídam codíces الرحمن habeãt vice alrachaman, vl potiꝰ, الرب Alrab, quod dominum ſignificat, Latíni deum, Hebręi Ioboua quod in ſe vocales cõtínet qua= tuor, & proprie proprium dei nomẽ eſt, Perſę Syre, Magí Orſi, Chriſtiani (ſicuti acceperũt ab angelo) nũcupãt ישוע Ieſhuah quod ſalua= tor ſiue ſeruator interpretatur, vl potíus, ſalꝰ. Id quod & chriſtꝰ ípſe ínnuere videtur ca. iiij. euangelíj Iohannis, quum aít. Salus ex íudęis eſt, loquẽs de ſeípſo ínter Iudęos & ex Iudęa nato, alludenſq; procul dubío ad nomẽ ſuum, quod haíjn líteram ín fíne poſſídet, ſí nõ cor=

Alla uel ulla id eſt deus.

Alrab id eſt dominus.

Nomẽ messiæ siue Christi saluatoris nostri per tres litteras in commentarijs suis et Talmud scribunt Iudei. Sic etiam Iesum apud eos uulgo scribitur.

rupte ut in Iudeorũ cõmentarijs & Talmud, scribitur יש"ו quemadmodũ ac nos Iesu pronũciam⁹, quod quidẽ a participio ישב. i. ens vl exístens, deducí potest eo ꝙ Christus et Messias noster dixerit. Anteq̃ Abrahã fieret ego sum. Et profecto non nomẽ tantum τὸ τετράγραμμα τῶν γραμμάτων tetragrãmaton idem significat eius per metathesin transpositis tam literis q̃ syllabis, quę figura apud hebræos etiam in orationis partibus sæpe inuenitur, sed ut semel finiam, quod huius linguę pfectionẽ plenissime ostẽdit. In hebraico sermone ne vnũ quidem est verbum etiam immutatũ, peruersum, transpositum, transuersum, & apicibus vel vocalibus eius alteratis, literis quoq; eius contrario ordine cõmutatis, vel quocũq; loco & ordine retrogrado prepostereue positis, vtpote prima vltimę loco aut penultima vice ãtepenultimę siue vltima pro prima vel antepenultima pro secunda locata quod non aliquid significet & sit interpretabile. Cuius rei ne cui vestrum incredibilis uideatur exemplũ vnum atq; alterũ proferã, & בקר bakar armentum vel bos in variationes resoluã sex, nec enim potest quispiã vltra proficiscí, in ברק barak scilicet. i. fulgur, resplẽdẽtia, רקב Rakab putredo, caries, רקק Rauak impinguauit, saginauit, קרב karaf appropinquauit, accessit, atq; קבר kaar humauit, sepeliuit. Sic eodem modo, & לבע labag subsannauit, derisit לעג gahal abominatus est,

elongauit. גלב *galab* miſcuit, confudit vel re-
uelauit, diſcooperuit, ſed ſic haijn loco he ve-
nit, בגל *begel* vitulus. בלג *billeg* balbus גלב
Similia cũcta cueniũt hac in lingua per meta-
theſin propter literarũ primariã cõfuſionem
quę in igneo globo apparuit qñ lex in eo pri-
mũ ſcripta eſt vt licuerit quaſi de chao literas
tũ confuſas educere atq; eas hinc inde legere,
prorſum rurſũ. Ait nãq; inter recentiores pri-
mę apud hebręos celebritatis poſt Moyſen
egyptiũ Rabimoſhe gerundenſis quem ficto
vocaculo *Haramban* vocitãt ſicut alteq; *Haramẽ*,
Ba lanu bikuala ſhebaletha hattora kethuua betſh ſhochorah
bal gabbe eſh leuana. Huiuſmodi aũt literaq;, ſylla-
baq; dictionũq; tranſpoſitionẽ ppter ſui ino-
piam nulla alia lingua admittit, quecũq; enim
ad hebręam tanq̃ omnium linguarum fontem
comparatur pauper eſt & egeſtatis ſuæ im-
patiens, vt quæ & reliquaq; nationum aſciſcat
idiomata. Plenum inſuper numerum aliæ non
accipiunt, imo nec compoſitionem vtilẽ ad-
mittunt, & hinc eſt q̃ Kabala arsve kabaliſtica
multaq; alia in lege ac prophetis arcana myſte-
ria ex hebręo in aliũſermonẽ minime traduci,
imo nec in ipſamet lingua intellígi queunt ni-
ſi ab hebraice perito. Atq; hæc de linguæ
perfectione. Quam ſanctitate quoq; pollere
quis inficias eat? Quãdoquidẽ preter id quod
eã nomẽclatura ſanctitatis donauit venerãda
hebręorũ antiquitas etiã vulgo hebręa lingua

Ilith gallah Parabolarum
ca. alii atrobig
aij = ex be cõmutatur.

קבלה

ſancta vocitatur eiuſq; literę ſacrę, quoniam deus illas & decalogum tabulis lapideis, opere ſuo, manu ſua, digitis ſuis cõſcripſit & ſanxit, eiuſq; verba diuina et vere ſacra omniũ primum voce ſua formauit, conſecrauit ac virtutẽ diuinam illis indidit. Et merito quidẽ dei ſermo, loquela iſta naturalis omnium prima, antiquiſſima vna prẽter cẽteras vere ſacra eſt & appellari debet ſancta. cui⁹ literę apices ſeu punctа vniuerſa, plena ſunt arcanis ſenſibus, cuius ſyllabę ſingulę cœleſtia ſpirant ſacramẽta, cuius verba omnia accepta ſunt diuinitus non parta humanitus, ab ipſo deo creata, non ab hominibus inuenta. Merito inq̃ appellatur ſancta, quę vel Paulo teſte, a vocibus e cœlo loquentibus vſurpatur & in cruce domini fuit conſecrata. Quaq; ſi linguę nõ ceſſauerint, vt Frãciſcus ait maro, futura laus vocalis in cœlo fore creditur. Maxime cũ eã deus legem ſuam ea ſcribendo & cum patriarchis ac patribus loquẽdo priſcis panim el panim ſanxerit, cõdiderit, primiſq; parẽtib⁹ ab initio dederit. Quã Hieronymus Sophonię. ca. iij. linguarũ omnium matrem affirmat & Origenes libro tertio contra Celſum, diuinitus eſſe traditam aſſerit atq; a Syra & Phœnicia alienã. Quid plura? Eam ante linguarũ cõfuſionem, quę ob turris extructionẽ a Nimrodgibbor tſaijd lipbne Iobeua id eſt, Nimrod venatione potenti coram deo ac alijs, in orbe cauſata eſt, ſolam extitiſſe, eſſ

Hebraica lingua naturalis et omnium prima antiquiſſima uetuſtiſſimaq.

Actuum. ca. 26

Sine linguæ ceſſibunt. Paulus.

Genesis. ca. decimo.

prophanæ litere tum ſacræ teſtantur. Geneſ. nãq; cap. vndecimo, & in Sybillę prophetia ſcribitur *Vahi chol haarets ſapha echath udeuarim achadim* id eſt, erat autẽ ipſa terra vniuerſa labij vnius, verborumq; vnorum & eorundem. Ac infra *Hen ham echad ueſapha achath lechulã*. i. ecce popul⁹ vn⁹ & labium vnum omnibus illis eſt. Quod autẽ labium vnum illud, hebręum fuerit, arguunt nomina *Adam, Chaffa, Iſſha, Kaijn, Sheth* & id genus, quæ a nominibus aut verbis hebręis deducta ſunt. Initium deniq; oris & cõmunis eloquij, & hoc omne verbum quod loquimur, hebreã linguam ex qua vetus teſtamentum ſcriptum eſt, vniuerſa vti inquit (queſtione. lviij. ad Damaſum) Hieronym⁹ antiquitas tradidit. Poſt q̃ vero in fabricatione turris per offenſam dei linguarũ diuerſitas attributa eſt tunc ſermonis varietas in omnes diſperſa eſt nationes & in ſeptuaginta duas linguas pro familiarũ numero diuiſa. Hoc idem teſtatur & Hieronymus in commẽtarijs ſuper. xxvj. Matthei caput. In numero, inquiens, lxxij. gentiũ omniũ lingua diuiſa eſt. Tunc etiam ſonantia turpidinem nomina adinuenta ſunt, quę idioma hebręum tũc tantum penes Heber familiam vt Chryſoſtomo teſte itegrum manens (quia heber cum familia turris edificationi non conſenſerant ſicut nec Aſſhur qui ob id iuxta *Midraſh* de terra illa exiuit) et inuerecũdis parũq; caſtis non vtens verbis, nõ modo nõ admittit ſed &

Lingua hebraica omniũ prima, omnibus communis erat uſq; ad edificationem turris Babel. Lyrã ca. 19. Iſaiæ. Vide itẽ Auguſtinum ca. 11. libri 16. ciuitatis dei.

Aſſhur eſt nomẽ uiri qui iuſtus fuit ut Midraſh dicit, Onkelus pro roſy riace habet Athuraa id eſt Aſſyrius. Geneſ. ca. 10.

tanq̃ ſolœcos reſpuit ac fugit. vt vel ob hoc, ſpiritus ſancti lingua videatur eſſe, q̃ ei⁹ verba diuinitati cognatiora ſanxerit, & honori ſuo non humanis illecebris turpibuſq; affectibus exprimendis reſeruarit. Et igitur pudicitiam linguæ huius qua vel teſte Moyſe Egyptio, ne vnum quidem vocabulum obſcœnũ eſt, ſignificãtiamve habens vel paululum immodeſtã aut impudicam quotuſquiſq; eſt qui non plurimũ demiretur? Quandoquidem cũ cęterę linguę nimis petulãter, immodeſte, turpiter, obſcœne, & ſpurce coiuit, conſtuprat, ſubagitauit, concubuit, ſtercora, vrine, cacat, fœtuit, & ſimilia proferant, hæc *bal derech cauod* & honoris cauſa ſeu iuxta conſuetum morem honeſtum & vrbane, ex verecũdiæ modeſtia aquas pedum, egeſtiones, iacet vel dormit, dedit odorem, cognouit, ſeu, ingreſſus eſt, pene ſemper enunciat, actumq; coniugalem honeſte circumloquitur. Quod ſi de vocum linguę ſanctæ ſignificantiarum copia, cuius ſingula verba propter ſui fœcunditatem, ſenſibus ſunt plena intelligẽtijſq; multiplicibus, imo ipſa ſenſuũ ſyluã infinitã habet, aut eius puritate, quę reuera id quod & Moyſes teſtatur egyptius, nihil impuritatis cõtinet, cuiuſq; loquẽdi mos perpetuo pudicus eſt, dubitetis? cõparate liguas illasq; examinate ſcripturas, & nullã vl̃ Hieronymo teſte ita fœcundã ſeu copioſã, latã aut fœlicẽ nullã iuenietis ita pu-

Pudicitia linguæ ſanctæ cuius mos loquendi ſemper ẽ honeſtus pudicuſq;

Hebraica lingua ſenſuũ ſyluam infinitam poſſidet.

tã, mũdã aut icorruptã. Cũq; illa quaſlibet co
pia lõge ſupet, in nulla tñ dicanť pleraq;, adeo
breuiter atq; ita conciſe, & qđ vnũ plurimũ
ãbiguitatis affert, ad exprimẽdos cũ affectus,
tũ quę ſ̃ vocãt, ęque appoſite. Et vt de meo
aliquid afferã, i hoc certe multo fœcũdior co=
pioſiorq; ſancta lĩgua ẽ gręca & latina, q̃ pre=
poſitiones plerũq; ſuis caſib9, ac cõiũctionẽ,
&, atq; vtriuſq; numeri & gñis relatiuũ q̃ quę,
quod que, & ꝓnoĩa poſſeſſiua alijs dictionib9
ſub vnico cõplexo iũgit, gñaq; noĩm, verbo=
ꝝ, ꝑſonaꝝ, appoſititia ĩra notat, ac verbis ſuis, re
ctoꝝ & ſubſtantiuorum nominum genera nõ
adiectiuis tantum atq; pronominibus vti gręca & latina, ſignificat. Tempora quoq; vis nominum non vna, participia, & noua interim verba, vt eſt idioma vberrimę fœcundi=
tatis ex ſhoreſh ſiluescunt acceſſione literarum eth kena meſhali bo. Themata inſuper permulta va=
rijs in coniugationibus diuerſas habent ſignificantias ʾAleph enim & lamadh in prima coniugatione diſcere ſignificant & in ſecũda docere lara & ladha in prima, mittere, & deijcere, i tertia docere, & cõfiteri vl laudare dider i ꝑma & ſecũda loqui ſignificat, i tertia cõfrigere vl occidere cha raſh in ꝑma arare, & i tertia tacere, palal in prima, iuſte agere, in quarta reciproca orare. Et adhunc modum alia complura. Coniugationes etiam inter ſe, tametſi omnes a prima

gñali deducẽtur, ratione tamẽ ſignificationis differũt. Prima eñ quę mater ẽ & fundamẽtũ aliarum quatuor ſpecialium, vt plurimũ abſoluta eſt & intrãſitiua, vel ſi tranſitiua eſt, actionem remiſſã denotat. Secũda vero pene ſemper eſt tranſitiua. Tertia verbi actionem tranſire facit in tertium. Quarta autem actionem retranſitiuam & nunq̃ tranſitiuam ſignificat. Et ita videtis themata oĩa quę tamẽ apud hebręos ſũt pauciſſima, alijs & alijs cõiugationib⁹ auctas & mutatas ac alias pene ſignificatiões poſſidere. Qñquidẽ tertie cõiugationis ſignificatio ad primę ſignificatũ curare vl̃ facere addit, vt id quod per primam importatur fiat, qua proprietate ſeu deriuatione latini carent pariter ac gręci cum alia & alia verba ad manum habeant, & nõ ſolum formę dederũt cauſam cõiugandi ſicut apud latinos ſed etiã ſignificationes, quod tranſit⁹ actionis verborum effecit. Sciẽdum inſuper quod etſi tertia ſecundaq; coniugatio neutrales qñq; ac abſolute inueniantur, tamen intẽſionem, fortificationem & actus vehementiam denotãt eiuſq; multiplicationem, continuationem & velocitatẽ, atq; per hoc ab abſoluta leui dinoſcunt̃, & ab illa prima in hoc differunt, quod ea vim iſtã germanę verbi ſignificantię ſuperadditã non habeat. verbi gratia אָדַם *Adam* rubuit ſimpliciter אָדַם *Heedm* intenſius plus & citius rubuit. Ecce quę emphaſis, quanta amplifica-

Hebraica lingua per pauca habet themata.

tio in coniugationibus hucusq; latuit, & p me iam primũ innotuit. Diligẽter ergo Coach Binionim & cõiugationum vim ac virtutem notate, quę a latinoꝝ nemine hactenus expressa fuit. Præter hęc, dives dictionũ maximeq; synonimarum ac equiuocarum copia hebręę linguæ adest, & quum præ alijs sit magis arida, quia pauciora habet verba, tamen maxime breuis est (Siquidem in ea, pleraq; breuitate plusq̃ laconica narrãtur) & in synonimis equiuocisq; copiosissima. Exemplum habete dictionis semita, quę hebraicę voces synonimas possidet non paucas. Shaul, Nathif, Orach. Mishbol, Mesilla, Mahgal, Hekef, tsahadh, Mahalach, Derech, Ashur. Deniq; quũ a puritatis fõte sit hęc lingua deriuata, fontaneq; claritati propinquior, atq; ipsam ἀκρίτειαν φυλλὰ πάγαδᾶν τετραγκτὸν πάγα αἱμάου φυσιδῶν vt Pythagorę verbis vtar, per Sophoniam, mundam, puram & electam appellitet, qui fieri potest vt non purissima sit? Prophetę verba nominati hæc sunt Kiaz epoch el hammim sapha berura likro chullam beshem Iehoua hoc est, tunc enim vertam vel effundam populis loquelam electam, claram, purã seu mundam vt inuocent oẽs illi summũ dei nomen יהוה Iehoua quod translatio nostra Exodi cap. sexto hebręos secuta, legit אדני adhonai. & gręci illud proferre nescientes tetragrammatõ ἀνεκφωνήτον καὶ ἀρρήτον vel ἀρρᾴστον. Sicut enim apud Egyptios nomẽ Mercurij trismegisti proprium ob reuerentiam quandam

adfirmatiue. effirmatiue
יהוה כון

semita semita semita
ארח נתיב שביל

synonima apud hebræos uiam, semitam, orbitam, callem, seu iter significãtia sunt hæc.

Cap. sextio

pronunciare vulgo ac temere non licebat, ita quoq; *Ioua* prolationem simul atq; scripturam ne cõsuetudine vilescceret vulgo celant hebręi ipsum per hoc silentio coli oportere significantes quod idem & regius propheta innuit dicens *lecha dumija tehilla elohim betsijon* id est, tibi silentiũ laus est de⁹ in tsijon, & Egyptij insinuabant quando Harpocratem suis adhibuerunt mysterijs, qui silentio colẽdũ ostẽderet summũ deorũ. Quanq̃ Abrahã hezraides qui ab hebręis *hechacham* id est ille sapiens appellatur in suis commentarijs super tertium Exodi caput aliam rationem assignet cur יהוה *Iehoua* non sit *mkra kichthauo*. His addendum, q̃ aliæ linguæ præsertim Chaldaica & Arabica gręcaq; ac latina *cullam melummadim hal leshon hisri* id est, omnes illæ doctæ sunt ab lingua hebręa. & vocabulis suis quemadmodum & aliarum nationum linguæ, multas hebraicas dictiones immixtas habent, ipsa autem vsqueadeo pura fuit ac integra absq; aliarum linguarum admixtione vt non aliquid sibi aliunde adsciuerit. Plato quoq; in Cratylo inquit, Intelligo plurima rerum vocabula græcos a barbaris hoc est, hebræis, sumpsisse, quæ si quis quasi græca lingua essent deducta interpretari velit nunq̃ rebus poterit adaptare, cum eorum etymologia in græco non resonet. Vt enim latina lingua ex græca, ita iuxta Kamchi in prefatione radicum, græca & Arabica

Cur dei nomen Iehoua lectum non est iuxta scripturam suam, vide Abenhezram Exodi, ca. 3.

Hebræa lingua olim immixta fuit, modo uero præterq̃ in libris sacris, mixta est ut cæteræ linguæ

ex hebræa manarunt orteq; ſunt & eius fontibus deſcenderunt. Quanq̃ corrupte mutilateq; multum hebraica vocabula a græcis eorumq; veſtigia ſequentibus latinis autoribus vſurpentur. Vt etiam ob ſcripturæ decorem immutata (quæ non pauca ſunt ſecundum Priſcianum atq; Ioſephum) omittã verba q̃ ex hebreo fonte ad græcos & latinos deriuata ſunt, vti ſiphra pro ספרה *ſephira*. i. numeratio. Nablum pro נבל *neuel*. i. pſalterium. Siclus pro שקל *ſhekel* menſura ponderis. De quo in traditionibus hebraicis in Geneſim Hieronymus ſic ſcribit, Shekel vero qui latino ſermone ſiclus corrupte appellatur, vncię pondus habet. Et in commentarijs ſuper quartum Ezechielis caput. Siclus autem id eſt, στατὴρ Stather, habet drachmas quatuor. Drachmæ autem octo, latinam vnciam faciunt. Rurſum Hieremie capite triceſimo ſecundo, Siclos, quos nos in ſtatheres vertimus. Siclus autem viginti habet obolos: vt in Ezechielis extremo volumine ſcribitur. Hæc ille. Canna, a quo cannalis, pro קנה *kane* id eſt calamus, fiſtula. Hieronymus in nominibus hebraicis de libro Ioſue de hoc vocabulo ita ſcribit. Notandum q̃ latinum canna, de lingua hebræa ſumptum eſt. Simulachrum a פסל *ſemel*. i. idolũ, ſi Hieronymo fides adhibenda ſit, qui de illo in noſtr̃ hebraicis de Ezechiele

Antiquitatum primo,

Vocabula ex hebræo ſæpe ad græcos & latinos derivata.

Capite videlicet. 45.

hęc nobis ſcripta reliquit. Semel idolū. Et no tandum ꝙ latinus ſermo ſit in hebræis voluminibus ac ſimilitudine, vnde & ſimulachra dicūtur. Sicera pro שֵׁכָר *ſhechar* ebrietas id eſt omnis potus inebriatiuus ſiue frumento, ſiue hordeo, ſiue milio, pomorumq; ſucco, & palmarum fructu, & alio quolibet genere conficiat. Arrabo vel ἀρραβών Arrabon pro עֵרָבוֹן. *herauon* id eſt, pignus vel Arra. Quicquid dicat Hieronymus capite primo epiſtolę ad Epheſios, aut noſter Roger⁹ bacon in ſuo theologię compendio. Qui tamen in huius vocabuli ſignificantia diſſident deceptiq; ſunt. Nam Hieronymus ita de eo ſcribit. Pignus latinus interpres pro arrabone poſuit. Non idipſum autem Arrabo quod pignus ſonat. Arrabo enim futurę emptioni quaſi quoddā teſtimonium & obligamentum datur. Pignus vero hoc eſt, ὑπόμνημα pro mutua pecunia opponitur: vt cum illa reddita fuerit, reddenti debitum pignus a creditore reddatur. Roger⁹ vero bacon ſic. In Geneſi legimus ꝙ Iudas tradidit pro arrabone Thamar baculum & anulum ꝙ hedo de gregib⁹. Et doctores moderni dicūt ꝙ arrabon idem eſt ꝙ arra quod falſum eſt. Nam arra apud omnes eſt pars precij quę primo datur nec repetitur a debitore quum reſiduum ſoluitur. Et ideo nec eſt pignus quod debitor repetit quando precium ſoluit. Sed arrabon eſt hebręum, & ſimiliter in gręco ſcri

Arrabon. id eſt, pignus uel, arra.

Bacon & Hieronymus in arrabone ſignificātia ſibi cōtrariantur, ambo q; in ea falſi ſunt.

Rogerus bacon falſum eſſe aſſerit quod Hieronymus uerum eſſe affirmat.

bitur. Et hebræus constituit ibi pignus vt quilibet Iudęus literatus bene scit quod & patet per textum Geneſis. Quia cum Iudas non habuit hedum presentem dedit ei pignus & memoriale pro hedo. Vnde non dedit ei arram alicuius pecunię persoluendę, sed dedit quod repetere voluit quando soluerat quod promisit. Et istud patet per ipsum grecum; nam vbi nos habemus pignus, grecus habet arrabon. Vnde ad Ephesios cap. primo de spiritu sancto dicitur, quod est pign⁹ hereditatis nostrę in redemptionē adoptionis. Vbi loco pignoris scribitur arrabon, sicut quilibet qui literas græcas nouit potest videre. Et ideo arrabon non est arra. Hacten⁹ Bacon. Cui Suidas aduersatur pariter ac Varin⁹, quorum verba subijciam. ἀρραβωνίζω τὸν ὁμαίον περὶ τῶν ὠνουμένων δίδωμι. ἢ πρῶτον ἀποδόσεως ἀρραβών. quibus adijcit Varinus Hesychium sequens, ἀρραβών. προδόμα, καὶ ἀγχίστροφον. Licet Terētius in Heautontimorumenon, arraboni. in. Ea relicta arboni est, pro, pignori, posuit teste Donato Hieronymi magistro in grammatica, atq; etiam Guidone, qui arrabonem asserit proprie arram significare. Certe Perott⁹ in Cornucopia arrabonem interpretatur arram. Eius verba sunt hæc. Arrabo sic dicta, vt reliquū reddatur a greco ἀρραβῶν. Reliquum ex eo quod debitū reliquum. Hæc ille. aa, commiserationis aduerbium vel dolētis interiectio pro, אֲהָהּ ahah id est heu.

Arrabon græcis indubię arram sonat.

lxx. interpretes Ezechielis. ca. iiij. pro eo male inepteq; ponunt μῶλώπωσ id est, nequaq̃. κηφᾶ kephas vel cephas id est petra, a chaldęo כֵּיפָא kepha quod ab hebręo כֵּיף id est petra, deducitur, Iohānis ca. primo κλόπη ab חֶדֶק heden. i. voluptas, diuitię. νίτρον nitrū a נֶתֶר nether μάχαιρα a מַכְבֵּרָה machera. i. gladi⁹. Genes. ca. xlix. σημεῖον a אוֹת signum. οἶνος a יַיִן .i. vinū. φῦκος a אֹדֶם .i. fucus. χιτῶν a כְּתֹנֶת .i. lineū, camisia, vel vestis linea. τόκος a נֶשֶׁךְ toch id est vsura. licet gręci, qui hebręi sermonis sunt ignari, eius etymologiā dicunt esse partum, a τίκτω. Verum non consyderant huiusmodi, ordinem linguarum. Prior enim lingua posterioris interpretationem non recipit: id quod & Rogerus bacon in libro de scientiarum vtilitate testatur. Vbi eos merito ridet qui hebræum אָמֵן amen, ex græcis id est sine, & mene. i. deficiens, deducunt. κίθαρα a כִּנּוֹר kinnor. i. κιθάρα cithara. primi regum libri ca. xvj. Suidas ignorās hoc vocabulū ex hebræo deductum esse, dicit eius etymon, esse κίνησιν κινύρα .i. mouere cordas. Vtitur hoc vocabulo & Gregorius nazanzen⁹ in epitaphio Basilei magni. lxx. vt opinor, interpretes sequens quorum hoc proprie est verbū, nam apud seculares gręcos non inuenitur. ᾆσμα canticorū capite quarto in translatione. lxx. a עֹשֶׁן nuim id est macula. Habent enim, vt & in commentarijs ait Hieronymus super quintum Osee caput. lxx. interpretes hanc consuetudinem.

κίνυρα est verbū septuaginticum.

vt hebręa nomina gręco ſermone declinent, licet ille de proprijs forte, & non appellatiuis hoc intellexit etiam in epiſtola ad philemonē, vbi ita nobis ſcriptum reliquit. Non mirū eſt hebræa nomina ad ſimilitudinem gręcorum & Romanorum caſuum declinari. ὀφρυσον obrizum pro ophirizum per mutationē pe in beth quia eiuſdem בפ motſa & exitus inſtrumentiq; ſunt & literę ἀντιστοιχαι ſic dictum ab inſula אופיר Ophir & nō vt Suidas hebręi ſermonis ignarus etymologizat. Hieronymus in noſibus hebraicis de actis apoſtolorum, illud eſſe aſſerit genus auri quod græci vocant χρυσον, Alij vero aurū eſſe dicūt quod in coctione non minuitur. Tyrus a צר id eſt tribulatio, anguſtia, vel obſeſſio per tſaddi in teth mutationem (quæ in τ. beta conſilium, quoq; fit, ab צ. hetſa quod idem eſt) Hypſilon enim apud priſcos u, gallicum ſonabat. Quod Nebriſſenſi Hiſpano grammatico non indocto anſam dedit vt in grammaticę ſuæ calce ita de eo ſcriberet. Hypſilon quaſi u, proferendum eſt. Quod paululum ſupra ſcripſi, confirmat Hieronymus in nominibus hebraicis de actis apoſtolorum, his verbis. Tyrij coanguſtati ab hebraico *tſor* nomine declinatum eſt. Et in nominibus hebraicis de euāgelio Marci. Tyrus quippe lingua hebręa *tſor* dicitur, quod i noſtrū ſermonē tranſfertur anguſtia. Hacten⁹ Hieronymus.

μαιμόνομος eſt uerbū ſeptuagintaicum.

μόνιος monios id ẽ aper agrestis, est uerbum septuaginticum.

ſus vel σῦς ſus a זיז ziz. i. ſus vel aper. hoc eſt, μόνιος ſiue aper ferus & ſylueſtris iuxta. lxx. interpretes Pſal. lxxx. Hoc verbũ apud Aeſopum tantummodo repperi, & apud ſeculariũ aliũ nullum. χάλβανη Galbane, vel potius, Chalbane a חלבנה chelbena id eſt aroma cuius odor malus eſt, ſecundum Kamchi in radicibus. Eſt enim iuxta eum gumi ſiue reſina arboris quę inuenitur in ciuitatibus gręcię, ſimilis melli nigro, arabiceq; vocat מיעה meha. Certe Exodi cap. xxx. pro נטף חלבנה סמים chelbena ſammim id eſt galbanen aromaticam, ſyriace habet Onkelus חלבנתא בוסמין chelbenta buſemin id eſt galbanen aromatum, & lxx. interpretes gręce χαλβάνην εὐωδίας id eſt, chalbanen ſuauem, quos ibidem recte ſequitur Hieronymus pro eo ponens galbanum boni odoris. Myrrha a מור mor quod iuxta multos muſcum ſignificat verum eis merito aduerſatur Aben hezra canti. cap. primo בושם beſem vel בוסם boſam id eſt, aroma vel aromaticus, ab hoc venit balſamum. Hyſſopus pro אזוב ezof. cyminum a קנמון cinnamomum pro קנמון kinmon. ſaccus pro שק ſhak. ſindon pro סדין linteum. κέρας id eſt cornu pro קרן vel chaldeo קרנ karne. Sapphirus pro ספיר ſappir. camphora pro כפר id eſt cyprus. libanũ pro לבונה lebona. i. thus, incenſum. Mna vel μνᾶ mina pro מנה mana id eſt libra, pondus, talentũ & facit ſiclos ſexaginta ſecundũ Dauid kamchi in commentarijs ſuper. xlv. Ezechielis ca-

Chelbena eſt aroma ſuaue boniꝫ odoris.

put. En pro בן ben. irecce. Asmonęi a חשמנים chashmannim id est legati, optimates. psal. lxviij. Sic enim apud hebręos, Mattathiam & filios suos, quos a Iuda מכבי Machabęos vocamus, hoc nomine insignitos lego. גי terra, a גיא ge. i. vallis, quod inuenitur etiam absq; aleph scriptum, Iosue cap. viij. & xix. Hieronymus in commentarijs super decimum quartum caput Isaię quod ad hoc vocabulum spectat, nonnihil scribit. Pro aduena videlicet, id est, προσηλυτους γραφαι. lxx. interpretati sunt, qui hebraice גר ger dicitur. Ergo gioras non est gręcum verbum, sed hebraicum, gręca consuetudine declinatum, licet quidā hebręi sermonis ignarus, gręcam in eo etymologiam exprimere conetur, ab eo quod terrene rei curam habeat, γῆ enim inquit terra appellatur, & περιφροντις id est sollicitudo. Hactenus Hieronymus. Certe Onkelus Exo. ca. xij. חגיורא giora pro ψελυτο, syriace posuit. Quod ab hebraico גור gor. i. icolere vl pegrinari deriuat. Sic פרדס pardes id est, pomarium, vel, saltus, siue hortus cuncti generis arboribus pomiferis consitus, nedum fructuum vescorū vt opinatur Reuchlinus Dauid kamchi in radicibus sequens: septuaginta interpretes Canticorum. cap. iiij. παραδισος interpretati sunt, qui latine paradisus ibidē dicit a Hieronymo. Non igit paradisus latinum aut gręcum est verbum sed septuagin ticum & hebręum, gręca latinaq; consuetudi-

Gioras est septuagintice uerbum.

Paradisus est septuagintice uerbum a pardes deductum.

ne declinatum, etsi Suidas græcam in eo etymologiã exprimere moliat. παραδείσου δὲ λέγεται παρὰ τὸ διηνεκὲς τὸ ἐξῆς λέγειν ῥηματικὸν ὄνομα διηνεκὲς παράδεισος τροπῇ τοῦ υ εἰς ο. οἱ δὲ φασὶ παρὰ τὸ τὴν διέσεσιν ποιεῖσθαι διὰ τὸ ἑστάναι σύλλογήν. Hæc ille. Qui de paradiso plura scribit sicut & Hesychius. Sabbatum a שַׁבָּת *shabbath* vel סַבְּתָא *sabbathon* id est, quies cessatio. Ione a יָוָן id est, græcia. ἀλόη aloe ab אֲהָלוֹת per metathesin, quod secundum Dauid kamchi, aromatis speciem denotat, quę arabice vocatur sandal. κόρος corus a כּוֹר *cor* quod græcum & maxime palestinum esse testatur Hieronymus in commentarijs suis super tertiũ Osee caput. Turris a תֹּר *tur* id est, rupes, murus, mons, quod per tsaddi in teth mutationem ab hebręo צוּר *tsur* id est, rupes, deriuatur. Burdo a פֶּרֶד *pered* id est, mul⁹ ex equa & asino generat⁹, per mutationem pe in beth. Fere a פֶּרֶא *pere* id est, sylуestris, indomitus. amara ab מָרָא *mara* id est, amara. Magalia a magar quod punica lingua rurestrem domum denotat. Casia a *katsiah* quod latinum est, grecũ, hebreũ, arabicũ & chaldaicũ, atq; in psal. xlvj. terminationem *oth* possidet, sic *katsioth* & ab Aben hezra, plice, flexurę vel anguli, interpretatur. Sycaminus a *shakam*. Pelagus a *peleg* id est, *bomek* profunditas secundum Ialkut hoc est gurges, & imensa ac profũda vis aquarũ, vt in psal. lxv. *peleg elohim male maĳm* id est, pelag⁹ dei repletum est aquis. Verum Kamchi in radi

cibus dicit *peleg* riuulum significare qui ab alio riuo seu flumine magno diuisus est. Carbasinus a *carpas*, p pe in beth metapœesin. Dragma a *darkemon* id est solidus. Crocus a *karcos*. bdellion pro *bedolach* Genes. ca. ij. Cella a *kella*. i. caula. Motus a *mot*. i. motus est. Iaspis a *Iaspe* quod precioſi lapidis nomen Hieronim⁹ male Berillum transtulit. Exodi ca. xxviij. & Ezechielis ca. xxviij. Missa a *missa* qnod nomen sacrificio nr̄o impositū apud hebræos & syros sufficientiā significat vel habundantiā, & non oblationē, vti per q̄ perperā nr̄ interpres trāstulit Deuterono. ca. xvj. *missath nidbuath* vbi solum in biblijs reperitur. Pascha a syro *pischa* quod & ab hebreo *pesach* sacrificiū, deducitur. Cυσσὸς byssus a *buts* linum. σατα sata quod vel Suida teste hebraicū est, a *sathaijm* id est, duę mensurę. Manna a *man* munus hebreo, Exodi ca. xvj. vl' *mana* aut certe chaldeo *manna* quod greci quoq; sequuntur μαννά. φιαλῶ a *paiele* chaldeo, sandalia a *sandal*. Symphonia a *sumphonia* Danielis ca. iij. sic angeli nomen prius chaldeum q̄ grecū fuisse suspicati sunt nonnulli, quod pluribus in locis apud chaldeos *angeli* legatur. Etsi Politian⁹ in miscellaneis suis chaldaicam linguā, corruptā græcam esse putet. Certe Plinius historiæ naturalis libro septimo assyrias literas opinatur ꝓpetuas fuisse. Saba a *sabba*. φορτίον ferculū, vehiculū, ab *appirion*. i. lectica, papilio, thalam⁹ vel fulcrum. Eodem modo eodemq; sensu dictū

φορτία *fercula, varij generis uehicula. ca. 60. Isaie. Hieronymus.*

In nuge, nugatur Hieronymus.

latinis & hebreis, nuge & mensura male tradit Hieronymus in commentarijs super septimū Isaię caput. Quandoquidē נוג *nuge* ab עגה *taga* deducitur & hebręis sonat tristes, squalidos, vel afflictos, & mensura hebraice dicitur *mesura* sine n, litera vel *midda*. Alludit eñ fateor in his dictionibus greca latinaq; vox hebræe & cum ea pene conuenit quoad sonum, vti & *hola* atq; holocaustum, non tamē quoad significandi proprietatem. & ob id si in tot milib⁹ vocum vna aut altera casu cum alia conueniat non continuo videri debet linguaꝝ cōmercio fuisse factum. Gehenna a *gehinnom* id est, vallis Hinnom. Hoc nomen secundum Hieronymum in commentarijs super decimum caput Matthęi &. xix. ac. xxxij. cap. Hieremie, in veteribus libris non inuenitur, sed primū a saluatore ponitur. Et certe quicquid dicat Galatinus qui a Porcheto sua plæraq; suffuratus est Iouis nomen a יהוה *Ioua*, magno dei apud hebręos nomine, mihi deductum esse videtur. Sadducęi (qui pentateuchum tantūmodo recipiunt, & vt actuum ca. xxiij. scribitur, resurrectionem mortuorum negant, atq; nec angelum nec spiritum dicunt esse) pro *tsaddikai* id est iusti, eo ꝙ *tsedhaka* id est iustitiā natura duce sequebantur, pro qua το ἐλεῆσαι id est, misericordiā lxx. interpretes trāstulerunt Isaię ca. lvj. sicut contra pro *chesed* id est, beneficentia vel misericordia, iustitiam. Geneseos capite. xxxij. Esęi

Galatinus bonā partem libri Porcheti suo nomine edidit.

Septuagita pro tsedaka misericordiam posuerūt

pro פרשי *Porſhai* hoc eſt, operariſ, quoniam manibus ſibi victum queritabāt omnia in cōmune conferentes. Phariſęi, quos græci oblique vna cum Hieronymo diuiſos interpretātur a *parets* cū hoc in tſaddi illud vero in ſhin literā finiat, & angelum & ſpiritum dicunt eſſe atq; reſurrectionē carnis ponunt, pro *Porſhai* id eſt expoſitores & legis interpretes, quia exponēdis ſcripturis & cathedrę pręerāt. Hieronymi verba de phariſęis, cōtra luciferianos hęc ſūt. Phariſęi a Iudęis diuiſi, propter quaſdā obſeruationes ſuperfluas, nomen quoq; a diſſidio ſuſceperunt. & in traditionibus hebraicis in Geneſim. A *parets* phariſęi, q ſe quaſi iuſtos a populo ſeparauerant, diuiſi appellabantur. Idem de Sadducęis hæc ſcribit. Doſitheus Samaritanorum princeps prophetas repudiauit, Sadducęi ex illius radice naſcentes, etiam reſurrectionem carnis negaueruut. Atq; hæc exempli gratia de nominibus gręcis ac latinis quę ab hebræis deſcenderunt nunc ſufficiant, quorum tot collegi, quæ ſi iam adducerem, Criſpini ſcrinia lippi, me cōpilaſſe putaretis. At iam de hebraicorum corruptione Hieronymum audietis qui in nona manſione ſic ait. In gręcis & latinis codicib⁹ pręter pauca, omnia nomina hebraica corrupta ſunt. Idem in cōmentariȷs ſuper caput Ezechielis quadrageſimum. Et diligentem & ſtudioſum lectorē ammonendū puto, ſi tamē ſcientia ſcriptu-

rarū & nō vanis oratoꝝ declamatiōib⁹ ducit. Vt ſciat oīa ꝑpe verba hebraica & noīa quę i greca & latina trāſlatione ſūt poſita, nimia vetuſtate corrupta, ſcriptorūq; vitio deprauata, & dū de inemēdatis ſcribūt inemēdatiora de verbis hebraicis facta eſſe ſarmatica, imo nulli⁹ gētis, dū & hebręa eſſe deſierit & aliena eē nō cœperint. Hactenus Hieronym⁹. Deniq; ꝑmulta in ſacrificijs nr̄is hebraica nō interpretata, admixta ſunt, non tā propter ſanctiorem autoritatem & interpretandi difficultatē ſanctęq; linguæ (vt ita dicā) primitatem, q̄ Chriſti paſſionis memoriam, diuinum myſterium, efficatiam, diuinam cœlituſq; infuſam virtutē eorum & rei ſignifcatę per talia nomina. Dedit nāq; deus quod & Dauid in pſal. teſtatur ז֝ל֗ קֹ֫ל בְּקֹל֥וֹ קוֹל֑וֹ *bekolo kol hoz* id eſt voci ſuæ vocem virtutis fortitudiniſq;. Dedit inq̄ voci ſuæ, verbis ſuis, lr̄is ſuis, ſermoni hebręo, vocē habētē virtutē, hn̄tē excellētiā ſup cūctas alias voces. Origenes etiā quē poſt apl'os eccl'iaꝝ magiſtrū Hieronym⁹ nō imerito appellat, cōtra Celſū aſſerit i quibuſdā ſacris noib⁹ mirādā mirificāq; latere virtutem, propter quā, & characteꝝ formę, & verba ipſa incorrupta ꝑmaneant, hęcq; ipſa non ex hebręa lingua in aliam tranſferantur, ſed in ſuis ipſis characterib⁹ cōſeruent, ne ſicut hoīs cōpagine deſtructa, incluſus etiam in corpore ſpiritus, & tota perīde virt⁹ euaneſcat. Siquidē nō eandē con

Cur ſine interpretatione ſūt poſita, hebraica, amē oſanna, ſabaot, alleluia. & ceteraꝝ

seruãt ꝓmutata potẽtiã. Neq; ob aliã cauſã, vt ego puto, Magi & incãtatores arcanis ſuis atq; ſecretis opationib⁹ hebraica ac chaldaica miſcuerũt q̃ vt certi⁹ optatis potirẽtur. Verũ nũc paucula quędã ex inumerabilibus pene hebræis, ſyriſq; & hebraicochaldęis ĩ mediũ adducã q̃ nouo teſtamẽto & nr̃ę trãſlationi inſerta ſũt *eli eli lama bazaſtani*. i. de⁹ vl̃ fortiſmi vtquid dereliquiſti me. Matthęi ca. xxvij. ſup quibus verbis ſic ſcribit Chryſoſtom⁹ hoilia. lxxxix. Dixit erñ xp̃s eli eli lama hazaftani, vt vſq; ad extremum ſpiritum honorari ab eo patrem, & non eſſe illi aduerſarium Iudæi diſcerent. Quapropter & propheticam vocem emiſit, veterem approbando ſcripturam, & hebraice dixit, vt probe eiuſdẽ ipſum eſſe cũ patre volũtatis perciperẽt. Hec Chryſoſtomus. Quo cum & Hieronym⁹ in apologia ſua aduerſus Ruffinũ ac libello de optimo gñe iterpretãdi cõſentit, vbi hęc habet verba. Viceſimi primi pſalmi iuxta hebręos id ipſũ exordiũ eſt, qđ dñs locutus eſt in cruce eli eli lama hazaftani. Male ergo quidam pro *bazaſtani* putat ſcriptũ fuiſſe עזבתני *ſbeuaktani* quia gręci codices poſterius verbũ σεβαχθάνι videlicet poſſidẽt. Aut certe Chryſoſtom⁹ ac Hieronymus illud nõ aduerterunt quod quidẽ ego recti⁹ eſſe puto. טליתא קומי *talietha kumi* puella ſurgito. Marci. ca. vj. vbi ταλιθά talitha pro quo Lyranus thabita corrupte ſcribit, proprium nomẽ hebręum nõ

Lingua hebraica chaldaicaq; operi magico eſt neceſſaria.

ſbeuaktani. i. dereliquiſti me.

est, vt illic errans ipse dicit sed cõmune atq; appellatiuum & chaldaicum siue syrum. Hoc idem testatur & Hieronymus in nominibus hebraicis de euangelio Marci sic inquiẽs. Tabita cumi. i. puella surge, syrum est. Licet ibi Tabita deprauate scriptum sit loco Talitha, quod vel greci codices indicant, qui constanter habent ταλιθά. Sicut & in libello de optimo genere interpretandi, vbi Tabita cumi a Hieronymo similiter apellatiue transfertur, puella surge, ratioq; redditur cur ab euangelista additũ sit, tibi dico. Certe ibidem dixisset Hieronymus in hebreo chaldeoq;. Ex illis enim duob⁹ componitur Talietha cumi. *Chakel dema* campus vel ager sanguinis. Actuũ cap. primo *bene regesh* filij tumultus, fremitusve Mar. ca. iij. Hieronymus *regesh* putat esse debere *rehem* id ẽ tonitrui, in cõmentarijs suis super primũ Danielis caput & sexagesimum secundum caput Isaię. vere ego ei i hoc nõ assẽtior טביתא *tafietha* dorcas, capræa, Actuũ capite nono quod ab hebreo צבי *tsaui* deducit, & cõtra liguę ꝓprietatem ac incongrue Reuchlinus in capnione transtulit respice, non aduertẽs sermonem de fœmina esse quam in verbum mutauit quod respiciat interpretat⁹ fuisset, si vt deberet, cũ supposito conueniret. *hoshihana* siue vt nos dicimus *hoshahana* media vocali litera I, videlicet elisa. Seruato nũc, vel saluiuifa obsecro Matthęi capite. xxi. & psal. C. xviij. Septuaginta

הושיעה נא

nē non transtulerunt, sed tanq̄ expletiuam particulam reliquerūt. Augustinus in libro secūdo de doctrina christiana. Sunt enim quędam verba certarum linguarum quæ in vsum alterius linguæ per interpretationem transire non possunt, & hoc maxime in interiectionib⁹ accidit, quę verba potius motum animi significant, q̄ sententię conceptæ vllam particulam, qualia sunt apud hebræos duo hæc Racha & Osanna. Racha enim indignantis est vox & osanna autem letantis quæ in aliam linguam transferri non potuisse dicuntur. *ahab* heu Hie remie. ca. i. *Ginosar* nomē maris, hoc est stagni vel lacus. Matthęi capite. xiiij. & Luce ca. v. *hippathach* vel *eppethach* apertus esto, Marci capite septimo *bar iona* filio columbę. Matthęi capite. xvj. *bar naphesh* filius recreationis, Actuū capite quarto. *himmanuel* nobiscū deus, fortitudo vel fortis. *miriam* amarum mare, vel domina maris *Ieshuah* salus. *Amen* vere, fideliter, fiat. *Israel* princeps dei, non rectus dei, neq; vir videns deum. *haleluiah* laudatote continuo deū creatorem & mūdi conseruatorē *Iah*, vt ex psalmo. lxviij. patet, nomē est dei, indeclinabile tā in genere & numero q̄ in casu, dimidiūq; nominis tetragrammaton iuxta Pirchun. Cuius hec sunt verba *Iah chatsi basshem shebbechinnui shebbo nisrcu shene bolamim*, Et secūdum Rabi Salomonem in commentarijs psal. lxviij. *Hu leshon sira kidmethargemi dechila* Certe in deo tātum ponitur,

eiq; ſoli cõpetit atq; ipſũ ſignificat nõ ineffabi liter & abſolute (ſicut *Iohoua* a quo deſũptũ ẽ, quia ſũptũ eſt primũ Iod & vltimũ he) ſed vt eſt mundi creator ac cœli terręq; conſeruator teſte Dauid kamchi qui in commentarijs ſup pſal. lxviij. & Iſaiæ cap. xxvj. hęc habet verba *Iah ſhem toar more halaf ſhebu bore baolam ueſibbath haiotho.* cui quoq; in capite. lxiij. primę partis more hã neuuchim ſuffragãtur Moyſes Egyptius atq; commentator ipſius, quorum verba nũc ſubiungam. *Shem Iah hu mehinian nitſchuth hammetſiuth.* i. nomẽ dei *Iah* ẽ de ſignificãtia ppetuitatis exiſtẽtię. *rotſelomar, ſheijthkaiem metſiutho uehu kemoijc.* Ex his liquet יה *Iah* qđ *iedidiah* & *haleluiah* ẽ extrema ſyllaba, & Iſaię cap. xxxviij. duplicatur, ſic *iah iah* inuiſibilem non ſignificare, vti Hieronymus dicit Iſaiæ ca. xxvj. & in commentarijs pſal. C. xlvj. nec redẽptorẽ, ſicut Fœlix Pratenſis perperã trãſtulit pſal. lxviij. aut, eſſe diuinum neceſſariũ, quẽadmodũ in cabala ſua ſcribit Reuchlinus, quod de *Iohoua* recte dixiſſet, qđ יהוה אהיה אשר היה *Iore hal hinian chiiuſ ham metſiuth* id eſt, ſignificat neceſſitatem exiſtentiæ ſeu neceſſario exiſtentem vel quæ eſſe debet eſſentiam ſecundum Moyſen Egyptiũ. *Abba* pater, *Meſhiach* χριστὸς vnctus, *Rabi* magiſter, non domin⁹. id quod & cõfirmat Hieronymus Matthæi cap. xxvj. *Ribboni* magiſter mei, *bethlechem* domus panis. *bathſhaua* filia ſaturitatis vel ſeptem. *gulgaltha* cranium, teſta capitis

Virtus, ꝓprietas & ueritas ſignificantiæ nominis diuini iah hucuſq; in hebraicis literis delituit & per autorem iam primum innotuit.

Nomẽ dei Iah ſignificat exiſtentiam perpetuã & eternam.

Iah inuiſibilem non ſignificat, nec redemptorem, nec eſſe diuinum neceſſarium.

Iohoua ſignificat eſſentiam neceſſario exiſtentem.

Matthęi ca. xxvij. *Adhonai*. i. dñi, sic enim loco dñe, reuerentię causa erga maiestatē diuinam pluraliter alloquūtur deum hebręi, id quod & nos atq; Arabes facimus prophanis loquentes in lingua nostra vernacula anglica. Per hoc trissyllabum nomen (in quo diphthongus ai pro im ponitur, tātum enim valet quātum *adonm*. i. domini) hebræi iuxta Moysen Egyptiū capite. lxi. primi libri More hanneuuchim, quatuor literarum ineffabile nomen יהוה Ioboua, vtcunq; possunt exprimunt. Eius verba sic se habent. *Adhonai hu hassbem shebamchune bo Ioboua uehu hamiuchadh shebbassbemoth hamphorsenim lo ijtbbale*. Burgēsis & Reuchlin⁹ *Adhonai* dicūt, sed erronee, tetrasyllabū esse & dns męus male interpretātur, Nā teste Kamchi in *Michlal, Adhonai* quod est domini mei, a glorioso dei nomine Adhonai id est, dñi, in hoc distinguitur, quia primū puncto *pathach* subnotatur si non sit hephsek, & secundum semper apice kamets, quod Hieronymus in commentarijs suis super sextum Ezechielis caput, deo & hominibus commune esse asserit, verum hominibus loco, angelos posuisset, nam de hominibus non dicitur. Et Sara Abrahamum Genesis capite decimo octauo non vocauit adonai sed adoni, id est, dominus meus. Hieronymi verba sunt hæc. Quod sæpe in hoc propheta dicitur adonai domin⁹, ꝓpter græcos & latinos qui hebreę līguę non

Adonai, ut est trissyllabū, domini, ut tetrasyllabum, domini mei, interpretatur.

.i. inter famosa & nota dei nomina Adonai altissimo magis appropriatur, eiq; peculiarius competit.

De differentia inter Adonai quod est domini mei, & adonai dei nomē, pluras scribit Kamchi, cap. 6. Iudicum.

Adhonai commune nomen est deo ac angelis, & de hominibus non dicitur.

habēt ſcientiam, breuiter exponēdū videtur. Adonai vnū nomē eſt de decē vocabulis dei: & ſignificat dominum: quo ſępe & in homínibus vtimur. Deniq; & Sara vocans Abraham dominum ſuum, hoc vocabat nomine. Et vbi dicitur, domine mi rex: adonai ſcriptū eſt, ſecundum proprie dei: quod appellatur ἀρρήτον id eſt, ineffabile. Hęc ille. *Satan* aduerſarius, contrarius. Zacharię capite tertio. Vbi & ſatanę nomen & ex verbo ab eo deſcendente eius interpretationē facile eſt videre in hebraico. *Iedidiah* dilect⁹ a deo creatore. *Lot* declinatio interpretatur a Hieronymo in commētarijs ſuper tertiū Nahum caput. *Bethſaida* domus venationis, hoc eſt, piſcina, Matthęi ca. iiij. & Iohannis capite quinto. Hieronymus ca. xxviij. Ezechielis, pro, venationis, hoc eſt, piſcationis, poſuit venatorum. *Beth pe ge* dom⁹ oris vallis. Matthęi ca. xxi. Origenes homilia xv. in Mathęum ipſum interpretatur domus maxillarum, & Hieronymus in nominibus hebraicis de euāgelio Matthæi, dom⁹ buccæ, ipſumq; dicit eſſe ſyrū nomen & non hebręū. *Geſhemani* vallis pīguis. *Korban* donum, oblatio, Marci ca. vij. offertorium, donarium. Mathęi xxvij. Hieronymus ca. xj. Zacharię. & xxvij. Matthei, ipſum interpretatur gazophylatiū. *Elohim* dij. ſ. opinatiui & falſi. Vel deus. ſ. verus & ſumme ſimplex. Idē *Eloha* denotat. Hebręi in huius diuini nominis honorem & reuerētiā

sæpe mutant eius literas he videlicet in daleth sic, *elodim* (ita hebraice) אלדים iuxta Abenhezram, Et nihilomin⁹ legũt *elohim*. Cõsimiliter יהוה *Iehoua* raro integre scribunt quatuor literis nisi in sacris literis & pergameno, pręcioſioreve materia. Alias tribus ,,, ipsum chaldęorum more depigunt, ne characteres eius sacri quotidiano vsu vilescerẽt. Sed & *ketsath sodh Iehoua* Aben hezra declarat Exodi ca. iij. quem ibidẽ in additione sequitur Burgensis. *tsauaoth* Exercitus, militiæ, pugnę. Militia autem cœli non tantum sol appellãtur & luna & astra rutilantia: sed omnis angelica multitudo eorũq; exercitus: qui hebraice appellãtur *tsauaoth* id est, virtutes siue exercitus. &c. Hieronym⁹ in epistola. xciij. Qui in monachatu didicit literas hebræas, vti ad Rusticũ monachum de vita monastica patet. Ad quam edomandam: cuidam fratri qui ex hebręis crediderat. &c. *Maranatha* id est, domin⁹ noster venit. Epistolę ad Corin. primę. cap. vltimo. *behel zebub*. i. domin⁹ muscę. Greci per l, corrupte scribũt. A quo zabulus Origenicus deducit. *Iabakof* id est, supplantator, *Iochannan* vel *Iochanan*. i. gratificatus. *Rachaf* id est latus. *shabbathon*. i. requies *mammona*. i. diuitię Matthæi capite sexto שליח *sheliach*. i. missus, nuncius, apostolus quod iuxta Hieronymum hebręos proprie vocabulũ est sicut & ἀπόστολος. תום *Tom* vel תומא *Tomas* qui interpretatur δίδυμος. i. geminus vel gemellus, & non vt multi

Elodim pro elohim sepe in impressis libris inueni tur. Vide Aben hezram Exodi ca. 3. sic et Iedoua pro Iehoua.

Militia cœli quid est? Deutero. ca. 4. describitur.

Hieronymus in monachatu hebraice discere cepit.

Epistole ad Galatas ca. prima

Δίδυμος didymus non interpretatur difficulter credẽs,

ſtulte declarãt etiã in ſuggeſtis nõnũq̃, difficulter credens *mane Tekel upharſin* .i. numerauit, ponderauit, & diuiſum eſt, Danielis capite quinto vbi ſingula verba iuxta *notariacon*, integras ſententias repreſentãt Raka id eſt, inanis, vacuus, a Rekam deriuatur ſecundum Hieronymum in commentarijs pſalmi ſeptimi. Ego potius a Rik deducerem. Auguſtinus in ſermone domini de monte, de hac voce ſic ſcribit. Raka vox ẽ nõ ſignificãs aliquid, ſed indignãtis animi motũ exprimens. Has interiectiones grãmatici vocant particulas orationis ſignificantes commoti animi affectum, velut cum dicitur a dolente heu, ab iraſcente hem, quæ voces quarumcunq; linguarum ſunt, proprie nec in aliam linguam facile tranſferuntur. Quæ cauſa vtiq; coegit tam grẽcum interpretem q̃ latinũ vocem ipſam ponere, cum quomodo eam interpretaret nõ inueniret. Hactenꝰ Auguſtinus. Horũ omniũ loco in ſacrificijs nr̃is ꝓnunciãt licet indocte & corrupte ꝓpter linguę ſanctę impitiã & ſcriptoꝝ viciũ, ſimulq; ne in totũ pereat eccleſiaſticũ mũpſimus, ſtultorum. ſ. & imperitoꝝ error ac ignorantia, lamazabatani, mane thechel pharez. achel demach. Boanerges, thabita kumi, bariona, barnabas, genezareth, oſanna duplici n, a a a, Adonai tetraſyllabice, eloi, Solomõ, ꝑ o, cõtra pũcti ſheua naturã. Cũ שלמה *Shelomo* vl̃ *Shalomo* ſonet, & nõ vt Stunica (q̃ ſe vl̃ abſq; Theſeo

Patefiat rerum error.

posse de lingua hebraica iudicare iactitat) ac Erasmus græcorum corruptionem sequentes legunt Solomon. Sheua enim nunq̃, o, sonat nisi quum ipsum sequitur vna e quatuor gutturalibus literis *Aleph*, *He*, *Cheth*, *Haïn* per *Cholem* (sic יְעֹ֫ בַּעַל פְּעוֹר *Behel pehor* qui interpretat priapus) vel *Chateph Kamets* ֲplata, vti in *Mahalach* Moshe Kamchi & Dauid *Michlal* ac alijs hebraicis grãmaticis cernere licet. Sabaot, Messias, Iesus, emanuel, Maria, Rabi, Rabboni, Bersabee ex fœmina puteum facientes, golgatha, Sathanas, Loth per t, aspiratum, contra linguæ proprietatem. Teth enim apud hebręos semper, t, tenuis est & exilis, & nunq̃ aspirata. Idida, Iacob ex duobus a a vnum conflantes, Ioannes ἰωάννης absq; aspiratione, cum apud hebræos (חָנָן) per cheth scribatur, quæ secundum Hieronymum duplicem aspirationem sonat. Verum græci quos nos vtplurimum sequimur etiam vbi errant aut inopia vitiove linguæ laborant, non habent quo in media dictione vocalem aspirent, & apud eos Iota id est, I, semper vocalis est, nunq̃ autem consonans. Iohannes igitur ex hebræa origine deductum nomen, trium tantum syllabarum nomen est & cum aspiratione proferendum scribendumq;. Apud hebræos enim chaldæos & Arabes qui aspirationem, quasi consonantem quę vocalẽ ferit, fortiter proferũt cõtra gręcorũ morẽ

Beelphegor interpretatur a Hieronymo priapus. ca. 25. Isaiæ.

Quoties græcorum, hebræorũ, Syrorũ aut Arabũ dictiones in latinum sermonẽ uertimus, eadẽ literatura scribere atq; eodẽ sono pronunciare debemus.

qui aſpirationes ſuas leniter ꝓnunciant, Iodh ſiue ye, í. I, in initio dictionis aut ſyllabę ſemper cõſonans actu eſt atq; cum vocali annexa vnam ſolum ſyllabam conficit, vt in יִשְׂרָאֵל *Iiſrael* liquet quod nos corrupte gręcos ſequẽtes Iſrael per vnũ, í, ſcribimus & proferimus, quaſi hebraice יִשְׂרָאֵל ſcriberetur per *Aleph* adinſtar Arabum اسرائيل. Sicut Iob, pro יִיֹּב *Iiof*. Itaq; cum in hebraicis dictionibus hebręus mos imitandus ſit & non gręcus, Iohannes apud nos triſſyllabe ꝓferri debet, qđ in multis quoq; hebręis, Syris & Arabibus q̃ gręcis conformiores ſimus, illiſq; ad iam nominatarũ gentium vocabula exprimẽda aptiores. Raab, ſabbatum, Silas cui a mittẽdo nomen miſſo impoſitum eſt, & adhuc corrupti⁹ Syluanus. Thomas, per, t, aſpiratum contra linguę proprietatẽ. Qñquidẽ initialis cõſonãs dictionis ſolitariæ apud hebræos ꝓpetuo tenuis eſt & exilis, etiã in oratiõis cõtextu, niſi eã pręceſſerit dictio in יְהוֹ *Iehu* finiens. Vbi multę etiam exceptiones ſunt. Dicunt enim כִּי כָל אוֹת שֶׁבְּרֹאשׁ הַתֵּבָה דִּנָה לְהִדָּגֵשׁ *ki chol oth ſhebberoſh hatteua dinah lehiddageſh*, ſicut contra, finalis cõſonãs dictionis ſi ex בְּגַדְכְּפַת *begadh kephath* vna fuerit, apud eos ꝓpetuo aſpiratur niſi ſub ſe vocalem habeat. Ergo Hieronymus pueriliter errauit in pe, p, hebręo, quem & Beda noſter ſequitur in commentarijs ſuis ſuper caput Lucę ſextum. Dicit enim nõ vno

I omnis enim litera quæ eſt in initio dictionis, regula eius eſt ut tenuis ſit & exilis.

Hieronymus & Beda fallunt in p, hebręa.

in loco. Notandum autem ף p, litteram he- Ca. ii. Davidis.
breus sermo nō habeat: sed pro ipsa vtatur ף
cuius vim grecum φ sonat. Reuera hoc dixis-
set Hieronymus de Arabica ף Phe, quæ apd
eos est inceptiua particula sicut apud hebreos
ף Vaf, atq; latinos, et. Nam Pœni, Mauri,
siue Arabes p, ז ף rapha. i. aspirata siue spissa
semper vtuntur, subtili vero siue exili & tenui Arabes p tenui carent.
nunq̄. Idq; ab illis fit propter vocis suauitatē
& linguæ sue ornamētum. Suum etiam Phe nō
pressis ad inferiora labra dentibus sed laxis
atq; solutis pronunciant, nisi in medio dictio-
nis arabicæ fuerit positum ibiq; Daggesh intra
se cōtineat, vt in ابّان Ippan id est, tem-
p⁹. Certe nos Angli hebraico more adueniat
proferimus adhueniath, finalesq; d, & t, in dic-
tionibus latinis inter pronunciandum perpe-
tuo aspiramus. Bethphage, Betsaida, Gethse
mani, per t, cum aspiratione, Corbonan, Sau-
lus dissyllabe, cum trium syllabarum nomen
sit a Shaul deflexum. Quod interpretatur peti-
tus vel postulatus. Hęc omnia q̄ deprauate &
corrupte q̄ mutilate & perperam, vt taceā etiā
q̄ inepte, græcis latinisq; scripta sunt ac pnun
ciata, succisosq; iam pridem Hieronymi dili-
gentia quasi securi quadam scripturarum er-
rores, negligentia hominū, nimium de integro
pullulare, quis vel elementarius & qui literas
hebreas prioribus, ף aiunt, labris tantū degu-
starit ignorat? Illa autem ideo hic maxime re-

Sacerdotes quẽpiã prophanum regem alloquẽtes, uerba ſua expedite polluunt, & quicq̃ male ꝓferre maximopẽ cauẽt.

citaui vt magis erubeſcant confundanturq; miſeri ſacrificuli qui etiam vt proferre debeant hæc & alia in biblijs contenta ſacra vocabula deiq; nomina admoniti, tam prophane, tam nepharie, tam execrabiliter etiam in templis & ſacrificijs regem regum alloquentes inuertere non verentur. Cum tamen illis diuina vis inſit, ac mira dei munera in ipſis lateant diuineq; dotes, & Plato quoq; in Cratylo ac Philebo venerari ea iubeat atq; vt ſignificat in legibus, multo etiam magis q̃ delubra ſtatuaſq; diuinas. Expreſſior enim imago dei in artificio mentis præſertim afflatę diuinitus, q̃ in manuum operibus reſeruatur. Illius certe quam prędicauimus inuentionis nulla vos capiat incredulitas aut admiratio, liquido enim oſtendam hebræos in omni genere ſcibili inuentionis gloria cæteros omnes antecellere, vtpote a quibus iacta ſingularũ ſunt artium fundamenta. Quanq̃ grẽci in ſuam gloriã gens effuſiſſima, ob id quod eorum inuentis nõnihil addidere, contempta hebrẽorum antiquitate primas ſibi inueniendi auſi ſint vẽdicare. Verum quis neſcit moſhe Iſh haelohim παιδιομένου πάσῃ σοφίᾳ αἰγυπτίων λυπᾶ τὸν τὴν ἐργοις καὶ ἐν λογοις derelicta Egypto in heremo philoſophatum eſſe, vbi, ſecundum Hieronymum ad Ruſticum monachum, vt populo Iudęorum pręeſſet, quadraginta annis eruditur. Id quod & Baſilius magnus in

Verba ſacra cõuenit etiã emendate pronunciare,

Hebræi artium omnium primi inuentores fuerũt græcæ enim artes quaſi riui ſunt hebraicæ inuẽtionis.

Actium capite ſeptimo.

hexameron teſtatur, ſic inquiens. Moyſes in Oethiopia ocium nactus, totos quadraginta annos contemplationi rerũ indulſit. Ipſum autem Moyſen longe eos omnes anteire etate quos greci multo omnium vetuſtiſſimos predicant (Homerum videlicet, Heſiodum, Muſęum, Linum, Orphęum, Eſculapium, & Mercurium) Nemo mihi negare poteſt. Siquidem his omnibus Cecrops rex primus Atticę regionis ſenior extitit atq; antiquior, cuius tempeſtate Moyſen vixiſſe (qui tabulas lapideas literis hebręis ſcriptas de manu dei accepit) probatiſſimę teſtantur hiſtorię. Horum vterq; Troianum excidiũ, quod poſt, annos centum quinquaginta primarij gręcorum vates Homerus & Heſiodus Cicerone teſte ſecuti ſunt, trecentis & quinquaginta anteceſſit annis. Quod etiam in apologetico Tertullianus confirmat, vbi hunc in modum ſcribit. Moyſes Argiuo Inacho par etate octingentis pœne annis ante vrbem Con. C. lxx. Danaum ipſum apud vos vetuſtiſſimum præuenit, trecentos circiter clades Priami antecedit. Poſſem etiam dicere quingentos, & Homerum habens, quos ſequar. Cæteri quoq; prophetę, & ſi Moyſi poſthumant, extremiſſimi tamen eorum non retroſiores deprehenduntur primoribus veſtris ſapientibus legiferis & hiſtoricis. Hactenus Tertullianus. Quo cum conſentit &

Exodi

Exodi cap. 3.

Ca. 14. ad extremũ pro pe.

Iuſtinus philoſophus atq; martyr in ſuo pa-
renetico vbi ſic ſcriptū reliquit. Moyſes gen-
tilium poetis, hiſtoricis, legiferis, ſapientibus,
& philoſophis longe antiquior multoq; vetu-
ſtior fuit, temporibus enim Ogigis & Inachi
quos plæriq; veſtrorū terrigenas putauerunt,
tacta ē Moyſis mētio veluti ductoris & prin
cipis Iudaicæ nationis. &c. Quæſo quis vnq̄
philoſophus de rerū natura abſolutius Moy-
ſe tractauit? quis ſapientius atq; prudentius?
Quādo & rudis & ſubtiliſſimus quiſq; ex eo
hauriat pro ſuę mentis captu & aliter doctus
aliter indoctus in eadem ſententia eruditur.
Quod nemini vnq̄ ſcriptorum gentilium con
tigit. Siquidem ſapientiſſimus Salomō iuxta
Harāban gerundenſē ex eius lege didicit *hadh*
ſheiada ſodh col hattoladhoth ueaphilu cochoth habaſabbim uſe
gulothā hadh ſheccathaf habem aphilu ſepher rephuoth. i. vſq;
ſciuit ſecretū oim gñationū & etiā potentias
atq; vires herbaꝝ & proprietatū eaꝝ, vſq; quo
ſcripſit de ipis etiā librū medicinalē *uehaccol ma-*
tſa bah bepheru ſheah bedikdukeah beothiotheah uuckotſeah
hæc Gerundēſis in pręfatione ſuorū *chidduſhim*
Salomon inſup teſte Ioſepho cōtra demones
artem ad vtilitatem hominum & eorū curas
inuenit, incantamenta quoq; contra egritudi-
nes iſtituit, atq; modum etiam coniurationū.
Quanq̄ Gregorius turonenſis epiſcopus aſſe
rat *Cuſh* primogenitum Cham, qui a Perſis
Zooaſtres. i. viuēs ſtella, appellatus eſt, artis

Cerundenſis de ſapientia Salomonis.

Antiquitatum octauo.

magicę idololatriæq; primū fuiſſe adiuētorē. Picus itē in fine eptapli affirmat penes hebręorum profundiores magiſtros eſſe paradoxō dogma, quod vt indubiū vno ore cōfirmant, omnium artium omnis diſciplinę & diuinę & humanę integram cognitionem in quiq; libris Moſaicę legis includi, diſſimulatam autem & occultatā in ipſis literis quib⁹ legis dictiones cōtextę ſunt. In tota etenim lege reſolutis vocabulis elemēta eadem diuulſa ſi capiamus & iuxta regulas quas ipſi tradunt, quę de eis conflari dictiones poſſunt ſi rite tum poſitione tū nexu coagmentemus, futurū dicunt vt eluceſcant nobis (ſi ſimus capaces occluſę ſapientię) mira de rebus multis ſecretiſſima dogmata eruanturq; in lucem omnis doctrina ſecretaq; omnium liberalium diſciplinarum. Hæc princeps Picus. Prophetę prēterea apoſtoli & euangeliſtę ex Moyſi lege bonā proculdubio doctrinę ſuę partē hauſerūt. Quicquid enim illi in euangelio prędicabant, legis & prophetarum vocibus comprobarūt. Quod quidem & de apoſtolo teſtatur Origenes, cuius hæc ſunt verba. Paulo mos fuit, de ſcripturis ſanctis affirmare quod dixerat, & cum ipſe tant⁹ ac talis apoſtolus autoritatem dictorum ſuorum ſufficere poſſe non credit niſi doceat in lege & prophetis ſcripta eſſe quę dicit, quanto magis nos minimi hoc obſeruare debem⁹, vt non noſtras cum docemus, ſed ſancti ſpiri-

Ca.3 epiſtolæ ad Roma.

tus ſententias proferamus? Hactenus Origenes cuius compilator fuit Hieronymus. Et certe quemadmodum in inſtitutis ait Iuſtinianus, Homerum eſſe patrem omniū poetarū, fontem, imo oceanum oīnis eruditionis & ſapientię & eloquentię, ita Moyſes ſecundum Theodoritum ocean⁹ theologię & Sanchoniathone antiquior vel Porphirij teſtimonio, fons, origo, & pater eſt omnium prophetarū, Apoſtolorum & librorum ſacrorum, hoc eſt ſapientię & eloquentię cœleſtis. Siquidem ex eius copię cornu omnes illorum opes ſumptę ſūt. Et ipſi de eo dicere poſſūt ex plenitudine & abūdantia ipſius oēs nos accepim⁹. Cōcreuit eīm vt pluuia doctrina ſua & fluit veluti ros eloquiū eius. Id qđ & ipſe fore præuidit ac in cātico ſuo p̄dixit. Ad hęc, Hermipp⁹ Pythagoricus atteſtat⁹ eſt Pythagorā plurima i ſuā philoſophiā de Moyſaica lege trāſtuliſſe. Notū eſt etiā illud Numenij pythagorici τί γάρ ἐστι πλάτων ἢ μωυσῆς ἀττικίζων. i. quid enim eſt Plato niſi Moyſes atticiſſans atticave lingua loquens. Quod certe in dei noie ēīv. i. exñs, & alijs multis quæ a Moyſe lrāę hebręę iuētore, haud dubie ſūpſit Plato, clare gētibus oſtēdit in parenetico ſuo Iuſtin⁹ martyr. Euſebi⁹ itē in p̄paratione ſua euāgelica & Theodorit⁹ de grę-coę affectionib⁹, ſcribūt Platonē ex hebręorū libris multa i ſuos tranſtuliſſe, & Ariſtobolus Iudęoę philoſoph⁹ ad philometora lib. i.

Deutero. ca. 32.

Moyſes literarū hebraearum inuentor,

legẽ, inquit, nr̃am in multis Plato sequut⁹ est, sicut & Pythagoras. &c. Scribit Peripatetic⁹ Clearcus in libro de somno Aristotelẽ ipsum a Iudęo quodã multa didicisse. Imo ipe in libro secretorum Aristoteles ait. Græci ab hebręis oia quę de philosophia didicerũt, accepere. Id quod & Rogerus bacon testat in suo libro de vtilitate sciẽtiarꝫ. Scribit itẽ Origenes libro ꝑmo cõtra Celsũ, pythagoręũ Numeniũ i suis scriptis, ꝓpheticis dictis vsũ fuisse & Erippũ i ꝑmo de legũ latorib⁹ libro, memorię ꝓdidisse Pythagorã ipsũ suã philosophiã a Iudęis acceptã, trãstulisse ad gręcos. libro insup. vj. cõtra Celsũ Idẽ ait, ipe vero nil desperaueri quę i phędro dicũt, ab hebręis q̃busdã didicisse Platonẽ, vt quidã lr̃is ꝓdidere. Certe Theodorit⁹ Platonẽ, Pythagorã, & Pherecydẽ syrũ ab hebręis dei veri doctrinã cognitionẽq; didicisse affirmat. Aristobolus etiã i ꝑmo ad philometora his verbis vtit. Legẽ nr̃am in multis Plato secut⁹ est. Moysaica eñ volumia ãte Alexãdrũ, & ante persarꝫ imperiũ traducta fuerũt, vnde plurima, sicut & Pythagoras philosophus ille (q̃ pherecydẽ ꝑceptorẽ hoiez syrꝫ habuit) accepit. Alibi etiã i historijs ait απαντα μεν τοι τα περι φυσεως εξηνται παρα τοις εξ αιωνος λογιοις και παρα τοις εξω την ελλαδος φιλοσοφουσι τα μεν παρα χαλδαιοις απο των εξ αλμαβων ιουδαιων. Hoc idẽ Megasthenes quoq; vir historię ꝑitissim⁹ ita posteris scriptũ reliquit. oia, iquiẽs, q̃ de natura prisci gręci scripserũt, ãte ipos scripserũt et alij,

Nã & brachmanas apud Indos, qui & Iudęi vocãtur, multo prius philoſophatos fuiſſe nouimus. Deniq; Numenius in primo volumine de bono. Plato inquit, atq; Pythagoras, quæ Iudęi alíjq; inuenerunt, ea gręce ipſi expoſuerunt. Vbi nam moralia prędepta tam copioſe conſumateq; traduntur vt in Moyſis Exodo & Deuteronomio, Parabolis Salomonis, & Eccleſiaſtico Sirach? In quo hiſtorico veriores deprehendas hiſtorias q̃ in Moyſe qui gentium ſcriptoribus & hiſtoricis omnibus antiquior fuit? Cui⁹ certe hiſtoria, vti Iuſtinus inquit martyr, oñi exotica hiſtoria lõge eſt antiquior. Greci nãq; ſecundum eum & Platonẽ in Timeo in hiſtoria pueri ſunt atq; vt ait poeta quidam, etiam mendaces. Et iccirco Etruſci diu literas reſpuerunt, quia ſemper horruerunt fabulas & mendacia greca. Quorum impudentia & leuitas etiam Catonem de originibus ſcribere coegerũt. Egypti⁹ ſacerdos ad Solonem, vnum e ſeptem gręcię ſapientibus hęc quæ Plato in Timeo habet verba dixit. ὦ σολων σολῶν, ἑλληνες ἀεὶ παῖδες ἐστε, id eſt, o ſolon ſolon, vos quidẽ gręci, pueri ſemper eſtis, ſenex autem gręcorum nemo. Diodorus pręterea Theodoritus & multi alíj Moyſen legiſlatorem primũ fuiſſe commemorant. Quod quoq; comprobat Iuſtinus martyr ei⁹ legem omnium primam antiquiſſimamq; demõſtrans. Nonne Dauid

Moyſes gentium hiſtoricis, poetis et philoſophis omnibus antiquior.

Et quicquid græcia mendax audet in hiſtoria.

Moyſes primus hiſtoricus et legiſlator.

nebim zemiroth Iſrael. i. dulciſſim⁹ pſaltes vel rith= morum & cantilenarum compoſitor inter Iſ= raelitas pulcherrimus, et filius ei⁹ Salomõ de quo dicitur *Kamohu bechochma uuuithuuna lo haia le, phanaſ ueacharaſ lo Iakum* poetarum principes fue= runt? Vnde exclamat Tertullianus ſophiſtas, poetas, philoſophos, de prophetarũ fonte po taſſe. Mitto quid Auguſtinus & Ambroſius Aſſerant de acceptis a philoſophorum turba ex veteri teſtamento ſententijs. Certe Orige= nes in excellentiſſimi carmis Salomonis pro= logo narrat Salomonem ſapientiſſimum mo= ralem naturalem & tranſnaturalem ſciẽtiam, ante omnes grẽcorum ſapientes (vtpote qui etate & tempore longe ante eos, eas per dei ſpiritum didiciſſet) inueniſſe, tribuſq; libellis *miſhle* ſcilicet *Kobeleth & ſhir haſſhirim* ædidiſſe, atq; p ſapientiam docuiſſe quã accepit a deo ſicut & tertij regũ libri ca, quarto ſcriptũ eſt. De= ditq; deus ſapientiam Salomoni & pruden= tiam multam nimis, & latitudinẽ cordis quaſi arenã quę eſt in littore maris, & prẽcedebat ſa pientia Salomonis ſapientiam omnium oriẽ= talium & Egyptiorum, & erat ſapientior cun= ctis hominibus. Locutus eſt quoq; Salomon tria milia parabolarum & fuerunt carmina ei⁹ quinq; milia & diſputauit ſuper lignis a cedro quę eſt in libano vſq; ad hyſſopum quę egre= ditur de pariete & diſſeruit de iumentis & vo= lucribus & reptilibus & piſcibus. Quamuis

3. Regum. 5.

Biblii tantū & miſchna ex libris hebraicis extāt Kamchi in proœmio michal.

ãte hac diu ſepharim ſhechibber Shalomo hechochmath hatteua auedbu miiſraeli biglotham vti ac alij oēs hebraicí mikra & miſhna exceptis. Origenes inſup hęc ibidē aſſerit oia gręcoꝝ ſapiētes a Salomōe accepiſſe & ea, tāq; ꝓpria inuēta, ꝓtuliſſe, atq; iſtitutionū ſuarū voluminib⁹ iſeruiſſe. Origeni adſtipulat Euſebi⁹, ipe cęſariēſis ep̄us, teſtis locuples, & xp̄ianæ religiōis vir lōge eruditiſſim⁹, tres philoſophię partes aſſeres multo āte Pythagorā, Platone, ac Ariſtotelē a Iudæis p̄ceptas & lr̄is hebraicis traditas. Ab hebræis igit̄, vel horū oim teſtimonio, in cūctas gētes deriuata ē philoſophia ois. Cū ex eoꝝ tōtib⁹ om̄e ſtudioꝝ gen⁹ ſapiētię luce pręfulgēs deriuatū ſit, & nihil habeāt græci teſte Auguſtino, vñ ſapiētiā ſuā iactēt. Imo nulla gēs de antiquitate ſapiētię ſup patriarchas & ꝓphetas. Quid plura? apd hebręos tātū & chaldęos vt oraculū, ait, ſapiētia quōdā habitare dicta eſt

Ca. 38. libri. 18. de ciuitate dei.

Sapientia ab Hebræis ad nos uenit.

μουνοι χαλδαιοι σοφιην λαχοντ ιδιαν αὐτογενητον ἀγακτε σεβαζομενοι θεον αυτόν. i. ſoli chaldæi ſapiētiā ſortiti ſūt & hebręi ſeſe ortū regē colētes deū ip̄m. Nā gręcis cedat orationis hūanę pictura tæq; ſplēdor & dicēdi venuſtas, latinis rerū gerēdarū doctrina, lr̄is autē ſacratiſſimis quas digit⁹ ipe dei cōſcripſit id laudis cōfiteamur: qd nō ſit hoibus in hoc orbis terraꝝ ſpatioſo ābitu data poteſtas maior tā quæ in aio quā quæ cō ſtat i corpore. Graijs igeniū, graijs dedit ore rotūdo muſa loqui. Tu regere imperio popu

los romane memẽto. Sed ad Iudeoꝝ gentem hęc fere fuiſſe dicta legimus. *Rakham chachamim. nauon haggoi haggadol hazze.* i. ſolꝰ populꝰ hebręoꝝ ſapiens. Et alibi. Interroga de diebus antiquis quę fuerũt ante te ex die quo creauit dominus deus hominẽ ſup terrã a ſummo cœli vſq; ad imũ eius ſi facta eſt aliquando huiuſcemodi res, aut vnq̃ cognitũ eſt vt audiret populꝰ vocẽ dñi dei loquentis de medio ignis, ſicut tu audiuiſti & vidiſti. &c. Nũc vero ad ſalutarẽ illã, & nature ipſiꝰ velut cõſiliariã medẽdi artem progrediamur. An non vt oẽs alię, & hęc ars, omniũ antiquiſſima vtiliſſimaq; & mortalibus maxime neceſſaria primũ omniũ a iudęis eſt præcepta, & hinc iudaico ſermone conſcripta? Quamuis enim Cicero in Tuſculanis eam & eius vtilitatem deorũ immortaliũ inuẽtioni conſecratam eſſe ſcribat, ipſe tamen nec quiſquã alius negare poteſt ſaluberrimã hanc medicinæ artẽ a deo optimo maximo angelis demandatã, ab angelis iudaicę nationi primo traditam, ab illis ad Apim & alios Egyptios Indoſq; ꝓfectã, ide ad gręcos Aſclepiũ, Chironẽ, Apollinẽ, emanaſſe & poſtremũ ad latinos. Q̃quidẽ priceps medicinæ *Raphael* angelus Iudęoꝝ eſt. Quod & nomẽ ipſũ & lingua demõſtrat. qui multis ãte ſeculis Noe docuit mũdũ ab imũdo ſegregare & Salomonẽ ipm de rebꝰ naturalibꝰ ac eoꝝ oim medicina ĩ libro *Jibũ Ṽ rephuoth* ſcribere. Qui item deo autore

Deuteronomij. ca. 4.

Deutero. ca.

Medicinæ autores primarij.

Tobiam iuniorem piscē iussit exenterare, & cor fel iecurq; vtiliter ad medicamenta reponere. Qui deniq; Moysen mille quingētis annis ante philosophos dietam & cibos hominibus ordinare instituit, tam ad corporis sanitatem q̄ viuendi normam. Singula em̄ quę lege sua prohibet ne comedant, secūdum capnionem si comesta fuerint, plurimū nocent mortalibus, & dolorem naturaliter infligunt vel certe sordida sunt turpiaq;. Id quod & Rabi Moyses Egyptius testat his verbis *Col ma sheisratho battora halenu min hamaachalim mezonam megune* qui etiā multa preclara in monumētis suis de hac arte reliquit. Quod quoq; fecit excellens medicus R. *Iitschak* filius יצחק & idē videre licet i libro medicinali quē abscōdit Ezechias. Astronomiā item ab hebreis inuentā esse quis ābiget? cum ei⁹ vsum frequentē illis & necessarium esse pro statis ceremoniarū temporib⁹ obseruandis perspexerit, & eius studio delegatū *Iisoschar* tribū legerit. *bene Iisoschar Iodhe uina labittim ladhabath iabase Iisrael* hęc nō sine arithmetica discitur, quoniam tota fere numeris cōstat & mensuris, quā simul cum astrologia (in qua primus secundum Philonem & Eusebiū prę-celluit) Egyptios docuisse Abraham hebreū vel si malis chaldęum (qui primus omniū circuncisus fuit) autor est Iosephus. Certe ante aduētum Abrahami in Egyptum non solum hęc Egyptios (qui illa eadē grecis cōtulerūt)

In libro pplexorū. ca. 3.

Primi Paralipo. ca. 12.

Ca. 16. libri primi de antiquitatibus.

pœnitus ignorasse cõstat, sed & alia quę eque digna memoratu de illis prędicãt, vtpote circumcisionem & geometrię inuentionẽ, quam Plinius naturalis historię libro decimo sexto eis ascribit sed fabulose sicut & phœnicibus astronomię. Cum reuera filij Seth disciplinæ rerum cœlestium earumq; ornatus inuẽtores fuerit, si Iosepho ca. iiij. libri primi de antiquitatibus fides adhibenda sit. Quo cum cõsentiunt Eusebius, Alexãder Polyhistor & Eupolemõ qui hęc de Abrahamo scripsit. Vixit autem abraham in heliopoli cum sacerdotib⁹ a quo astrologiam sacerdotes didicerunt, qui tamen nõ inueniſſe, sed ab Enoch per successionẽ sibi traditam fatebatur. Nõne Iuual pater siue (vt Onkelus ait) magister fuit omniũ tractantium citharã & organũ primusq; musicam coluit? Quanq̃ greci fabulose hoc Pythagorę attribuant. & frater eius Iual habitatiũ in tẽtoriis pater ac pecoris magister? hoc est, tabernaculorũ inuentor & primus pastor. Horũq; ex altera Lamech vxore Tsilla natus frater Tuualkaijn malleator & faber in cũcta opera æris & ferri? Hoc est, ferrariam artem primus inuenit. Ignari ne fuerunt obsecro architecturę *kaijn Noach Betsalel ucaholias*? quorũ primus kaijn scilicet terminos terre primitus posuit, ciuitatẽq; condidit, & eam iuxta nomẽ filij sui Chanoch vocauit atq; (vt Ioseph⁹ ait) muris muniuit. Secũd⁹ Noe, archã sibi fecit,

Phœnices astronomiã inuenerũt. Plinius libro. 5. ca. 16.

Ca. 4. libri 9. Præparationis euangelicæ.

Genes. ca. 4.

Iuual musicæ inuentor.

Genes. ca. 4.

Geneſ.ca.6. quę trecentos cubitos longitudine, quinquaginta latitudine & triginta altitudine continebat. Poſtremi duo Betſalel & Aholiaf, tabernaculum fœderis archamq; teſtimonij & eius operculum tentorij quoq; menſam, candelabrũ & omnia vaſa fabricarunt. Non hana *matſa baijemim bamidhbar* id eſt, inuenit ipſos mulos i deſerto? Hoc eſt, modum quo aſinus aſcenderet ſuper equam & inde conciperetur mulus. Non Daniel qui & *Baltſhatſſar* nominatur, a quo ſecretum abſcondebatur nullum, ſomnij interpretationem narrauit regi *Neuuchadhnetſar*? & Ioſeph Pharaonis regis Egypti ſomnium interpretatus eſt? Certe Pompeius hiſtoricus eiuſq; abbreuiator Iuſtinus referũt ipſum prodigiorũ ſagaciſſimum fuiſſe, & ſomniorum primũ intelligentiam condidiſſe. Quanq̃ philo id nõ Ioſeph ſed Abrahę attribuit, vti videre licet in ipſius ciuili vita. Deniq; Scipio carteromachus ob inuentionęm prę alijs literas laudans grecanicas interim tamen hebraicam excipit veritatem. De humanis (inquit) rebus atq; artibus agimus, non de diuinis inuentis. Theologis vero & his qui cum Iudęis diſputaturi ſunt, atq; in diuina lege dei ſapientiam in myſterio abſconditam Chriſtum videlicet, qui vera ſapientia eſt, pio mentis affectu inquirunt, quam perutilis eſt et neceſſaria hebraicę linguæ cognitio & peritia quid q; vtilitatis, frugis ac commoditatis ſecum

Exodi.ca.31.

Geneſ.ca.35.

Exechielis.ca.28.

Danielis.ca.4.

Geneſ.ca.41.

Somniorũ inuolutra primus omnium Abraham & docuit & alijs patefecit.

Hebraicæ linguæ notitia maxime confert conducitq; ad theologiæ peritiam.

etiam affert ad veram & germanam ſcriptu-
rę dei intelligentiam eiuſq; abſolutam cogni-
tionem atq; accuratam explicationem breui-
ter ſtrictimq; iam enarrabo. Omittens quid
in q̄plurimis locis ſuper hoc, aperte teſtan-
tur eccleſiaſtici ferme tractatores oēs. Tan-
ti certe momenti eſt ipſius ſcientia & tantum
ad ſacra in quibus noſtræ ſalutis cardo verti-
tur, emolumenti conferet, tantumq; cogni-
tionis (credite vera dicenti) vobis adijciet il-
lius notitia, vt eius periti, ſanctis in literis di-
uiniſq; ſcripturis parum vos ante aut nihil ſci-
uiſſe imo ꝓperā pri⁹ plęraq; tenuiſſe iudicatu-
ri ſitis. Adeo nāq; latet i hebraicis lr̄is rei theo
logicę theſaurus ingens vt nullius alterius lin-
guę lr̄is æquari certe poſſit. Nūc quid genero
ſis ingenijs vl̄ iucūdius vl̄ dignius q̄ lympidiſ
ſimā verę ſapiētię ſcaturiginē in ipſamet pri-
mordiali lingua deguſtare, & ex ipſo fonte ſa-
liētis aquę in vitā eternā ſitim pectoris extin-
guere atq; eū quē iā dixi theſaurū in lucē erue,
re, quē ſi nō pri⁹ Iſraeliticę grāmaticę notitiā
Iſraelicorūq; vocabulor̄ ꝓprietatē vim & na
turā ac veram illius ſermonis cōditionē idio-
maq; perſpicaciter dinouerit, adipiſci plane
poterit nemo. Profecto ingeneroſum eſt (id
quod & Seneca dicit) ſapere ſolum ex comen
tario, quēadmodē faciunt hi, q vulgi lectione
contenti, doctorum aures deſpiciūt. & ob id
nuſq̄ nō hęrēt, nuſq̄ nōlabūt, atq; hebraiceeru

ditis de se vl̃ risũ vel cõmiserationẽ excitãt, dũ de verbis interptũ sueq; liguę philosophãt & nõ prophetarum, id quod nuper fecit quidam eps insuis in psalmos commentarijs. Ad hęc, quæ nunc interpretũ linguę sanctę expertiũ cõmentaria & eorũ ineptissimas (vt aiunt) ineptias pro miraculis ignari ducitis, cõtinuo vobis velut diuinitus afflatis & vt græce dicã ἐμβουσιάσμῶ quodam correptis sordescẽt, ac veluti e specu quem finxit Plato in lucem educti, falsas rerum vmbras, inania volebam dicere illorũ figmenta ac commẽtaria, quæ etsi interdum docte, minus tamen erudite dicant atq; adeo nihil ad suẽ vti Parmenonis prouerbiũ habet. Commentaria inq̃ cõmentaq; mirari & intueri desinetis. Propius enim ac pœniti⁹ in suo fonte mũdã, nudam & lucidam veritatem quolibet velut ictu oculi cõtemplabimini, scripturarũq; profundã haurietis intelligẽtiã vel citra illorũ operam, quam, sicut nec ipsarum veram & germanam, alij illis infœlicíter fidẽtes & interpretationũ inextricabili mora remorati nunq̃ adipisci plane poterunt, sed semper discent seruaq; pecora fient, neq; vnq̃ peruenient ad scientiam. Tunc etiã tolleť oim interpretationũ expositionũq; cõmune fastidium cum opinionum riuulis omissis, quibus hactenus remorati sumus, fons veritatis, illa ipsa (inq̃) veteris instrumenti biblia sacra in natiuo proprioq; idiomate & legi a vobis & in-

Ecce quid sit in fonte nudã ueritatẽ degustare.

telligí poſſint. Certe cum hebręum ſermonẽ intellexeritis gręcoꝝ & latinorũq; furta cognocetis, & cõtemnetis riuulos, cũ cœperitis hauríre de fontibus. Hieronymum pręterea. lxx. interpretes, Euſebium, Origenem, Auguſtinũ, Bedam. Lyranum cæteroſq; cõmentatores ac interpretes ita legetis, vt potius iudicetis q̃ ſequamini. Et vbi errauerũt (id quod ſępius fecere) corrigetis atq; cõuincetis, neq; cũ illis in erroris dilabimini foueã. Siquidẽ propríjs & non alienís cernetis oculis, ac aliud eſt, vt opinor, tuis, aliud oculis credere aliorũ, pluríſq; eſt (vt aiunt) oculatus teſtis vnus q̃ auriti decem, viſu etiam quę cernũtur diutiſſime tenentur, nec fictas de aliena lingua ſentẽtias vl falſas de male interpretatis referetis explanationes vti faciunt multi linguarum imperiti. Quid moror pluribus? Infinita ſunt in theologia, male intellecta, quæ ex inſcitia linguę ſanctę in deteriorẽ partem cũ quadã externarum gentiũ ſubſannatione, indignaq; irriſione captantur, quę poſſunt omnia, ſi qui eam didícerint emẽdari. Sed hactenus longe a fonte aberrauímus, matrem deſeruímus, hoc eſt, antiquiſſimam & ſimplicem hebræorũ linguam. Reuocandi ſumus aliquando a riuis ad ipſam ſcaturiginem puriſſimiq; fontis vndam, e qua gratius reficimur. Ecce viri eruditiſſimi quid vtilitatis habeat pauliſper ſermoni peregrino, a quo fonte theologia ſcaturiuit omnis, aurẽ

Hebræorũ quecq; tam recepta q̃ inuenta exponũtur alienis furtis.

Sæpe dum errãtes ſequimur interpretes, graui quoq; nos ipſi errore implicamur

accommodare, magiſtrorũq; limina terere ac artem (vt Hieronymi verbis vtar) ab artificibus diſcere. Certe qui cum iudęis vt eos ad ſalutẽ prouocent, diſputaturi ſunt & linguæ ac traditionum ipſorum notitiam nacti non fuerint, ſeipſos irridẽdos exhibebunt & nihil ꝓficient. Aliud enim eſt (mihi credite) in eccleſijs Chriſto credentium pſalmos legere, aliud Iudęis ſingula pœne tranſlationis noſtræ verba calumniantibus & in hebręo non eſſe aſſerentibus reſpondere. Quippe, qui ſolent dum eos prophetico latinus gręcusve impetit teſtionio, vel tanq̃ hebręa lingua nõ habeat quod arguitur ex toto abnegare, vel verborũ ſignificationem detorquendo ex parte cõmutare. In qua eędem fraude redargui nõ metuunt, niſi ab his quos illi⁹ liguę minime exptes itelligũt. Nihil em̃ (mihi credite) ad ipoꝝ impudẽtiã cõfutãdã reperiẽt adeo validũ, nihilq; ad eoꝝ cõuincendã nequitiã tã efficax iueniẽt, vt ẽ hebraicę liguę & traditionũ ſuarũ cognitio. Nam hac, quaſi mucrone ſuo iudaica ꝑfidia cõfodiẽt ſicuti allophyli Golie caput proprio gladio a Dauid detruncatum eſt. Taceo ꝙ laudabile ſit nedum delectabile e manu Herculis clauem extorquere ipſumq; allophylum Goliath proprio mucrone adinſtar Dauid interficere, aut vt Iudith infidelis Holopherni, caput hoſtis, ipſius arrepto pugione truncare. Nulla pręterea prorſum ſunt ingenij hu-

Primi regũ ũbri cap. 18.

Ca. 13. libri Iudith.

manĩ munía interpretandę ſcripturę adeo neceſſaria vt eſt hebraicę linguę peritia. Quod ſi libet, periculũ facitote ſcriptorum eccleſię, viſuri quid inter peritos liguę ſacræ ac expertes interpretes qui ſcripturam viciatam tanto labore explanant, interſit. Et quidem νιν νάπαφον. Vt omittam q magis neceſſaria ſit caſtigatio q̃ explanatio. Et ineptum ſit, rei male tranſlatæ patrocinium quærere, atq; ſacrilegum de verbis dei humano ſenſu argumentari. Literas deniq; hebraicas ſine quibus ביכתב אלהים bichthaf elohim id eſt, in ſcriptura dei & ſacris literis nemo aliquid eſſe poteſt, quiſpiam addiſcens eadem opera biblia ſacra probè intelligere & veteris inſtrumenti veram intelligentiam comparare ex quo, vel Ioſepho teſte, apud hebręos pendent vniuerſa, ſimulq; τὴν ἰδιότητα τοῦ λογου μυστηρίοις πολλοῖς γέμουσαν. i. idioma ac ꝓprietatẽ illi⁹ ſermõis myſterijs & ſecretis multis refertã ꝓnoſcere poteſt. Ad originalẽ itaq; & fõtanã ſacrę ſcripturæ liguã ꝓdiſcẽdã, ſine qua, diuina lex (vt par eſt) ꝓfecto tractari nequit, veluti ad clauẽ ſcripturaꝝ ſctãꝝ qua ad arcana fores pãdunt, ac arcẽ, ad quã i difficultatib⁹ enucleãdis tanq̃ ad ſũma præſidia cõfugit Hieronymus, properent cuncti quotquot ſunt theologi futuri, ac ad ſecretã & a vulgo ſeparatã ſpirãt doctrinã. Qm̃ ea quidẽ illi adiuti nõ modo hebręorum theſauros depilare poſſũt penituſq; eruere ꝓ-

cul abdita myſteria, ac facilius & lucidius quę ſcripta ſunt intelligere cum in variorum interpretum diuerſarum linguarum commentarijs tum in ſacrę ſcripturę corpore cōtextuq; ſed & multos ac maxie intricatos λαζυρίνθους in theologia euadere eorūq; qui de libris ac nominibus hebraicis varia multaſq; ineptias ſuſpicātur errores refellere, ac ea quę in latinis & grę-cis codicibus ſcatere videntur, autoritati ſuæ reddere. Illudentibus inſuper Iudęis cornicū (vt dicitur) oculos configent, hoc eſt, materiā eludendi chriſtianos iudęis prępipient, qui cū ſe credāt ſolos habere ſacrarum literarū veritatem, ludibrio nos habent propter vulgatas tranſlationes. Ob hoc igitur vel vnum theologis in hebraicę linguę eruditione ſudandū eſt, ſimulq; ne de falſitate ſcripturarū iudęi eccleſijs chriſti diutius inſultēt. Et ne iam obijcere poſſint, ea nos in templo ſingulis canere horis quæ ne ipſi quidem ſatis verſa fideliter exiſtimem⁹. Incognitum prętera nemini certe eſt, qui vel ſacra patrū decreta ſalutauit a limine quo pacto gens hęc nobis ſit lucrifaciēda cœtuiq; fidelium aggreganda, dicente Gregorio (& eſt repetitum diſtinc. xlv.) non eſſe cogendos ad fidem noſtram iudæos, ſed potius ratione ac manſuetudine prouocandos. Ex illorum enim codicibus efficiendum vt ad ſinū matris eccleſię conuertātur. Enimuero non ſe ueritate, non bellis, nō perſecutione in eos, ſi-

Scribit Hieronymus ī cōmentarijs ſuis in pſalmū ſeptimū, ꝙ erranerit plerisq; & maxime ij qui hebraici ſermonis ſcientiam non habent.

cut vel in Turkas vel alios quosq; in nostram orthodoxam fidem sæuientes ingruere subigereq;, opus est. Nempe disparē eorū esse cōditionem Alexāder pontifex summus ad Hispaniarū episcopos rescribens, aiebat. Qui em̄ & nos persequunt̄, & proprijs ex sedibus pellunt, eos nimirū ꝓpulsare cōceditur. Verū hæc Iudaica secta vbiq; seruire semper parata est, eoq; facilius tolerāda. Quocirca si secus fieri nequit, q̄ vt per eorum linguam ac codices ad fidem cōuertātur, paribus studijs erit conandū, hebraicisq; literis operā nauare diligentē, cōmercioq; lr̄arū suarū cōmonefacere, operepręcium est. Nāq; idioma vulgare præter id genus literarū, peculiariter non habent omnibus ijs cōmune. Hactenus Alexander. Satis iam superq; (vt opinor) ostēdimus hāc linguā omniū primā sacręq; scripturę originalem, omnibus qui doctę sapiēterq; diuinas tractare cupiūt literas maxime vtilem esse ac summe necessariā. Ex his itē nunc quę recitauimus manifestū etiā euadere arbitror, nullusq; ni insulsus, demēs, vesanus aut phanaticus fuerit negare potest, hebraicā linguā tam deo gratā ac familiarē, tāq; sanctam, vtilem & necessariam, diuino dicendi genere, efficaci & vera eloquentia, discendi facilitate, nobilitate, dignitate, puritate, pudicitia, vetustate, ordine, breuitate, perfectione, sensuū fœcunditate, significantiarū ac synonimarū æquiuo

Iudæi linguā speciālem in uulgari nō habent, habemus enim ꝙ euanuit ipsorū linguas uulgaris.

carumq; dictionum copia, ſanctitate, inuentione, vtilitate, operationis arcanę admirabili potentia, diſciplinaq; diuinitatis cæteris omnibus anteſtare. Nequicq̃ enim a græca, latina, aut alia ab hac quacunq; lingua, verba cœlitus demeantia, & diuino ſyllabarum contenta ſuffragio, proptet picturatam ac humanam eloquentiã dicendiq; artem nouitiam petieritis. Veruntamen non greçam (in qua, literę huius ſeculi maxime floruerunt, & ſine qua, latina plene perfecteq; ſciri nequit prorſus, ſicut nec greça abſq; hebrea) aliasve vt quis linguas floccipẽdẽdas putet, in medium hec attulimus, ſed vt nullã aliarũ quę oẽs humanę ſunt, quęq; hãc veluti filię matrẽ, vt prę cipuã ac parentẽ principiũ & originẽ venerari debeãt, atq; vt diuinã, illi⁹ adorare veſtigia hac ſacris cõgruẽtiorẽ, diuinitative cognatiorẽ, magis gratã aut familiarẽ, opinaremini, iccirco ꝓtulimus. Quã præ cęteris deus elegit, vnde & Sophonias ipſam, labiũ electũ appellat, qua & patribus *panim el panim*. i. ore ad os, palam & non per ſirpos loqueretur, & legẽ ſuã daret. Qua *nigla lehãmo beachadh hebarim ue dibber lahem haſereth leaddeuarim*. Qua legem non modo ipſam verum & arcana pene omnia prophetis reuelata ſcribi voluit. Qua non eſt alia vel ita ſancta, imo ipſa peculiariter ſancta vocitatur, vel ad intelligenda prophetarum ſenſa adeo neceſſaria. Qua ſola, diuina noſſe myſte-

Sophonie. cap. 3.

ria datum est, ac veteris instructionis & noui testamenti mysteria cuncta delitescunt, materiaq; suppeditatur copiosissima ad illorum secreta vel indaganda vel aperienda. Qua Iudęi licet legem Moysi secundum literamquę occidit interpretentur & literæ corticem amplectãtur solũ, acerrimi crucis Christi atq; eius nominis persecutores, eadem tamen & legis in ea scriptæ rationibus refelluntur atq; conuincuntur a christianis ipsam *tora* iuxta spiritum qui viuificat exponentibus. Qua deniq; tot sunt sacramenta, christianęq; veritatis arcana, quot verba, tot diuinitatis Christi beatissimęq; matris Mariæ virginitatis mysteria quot literę, parum dixi, & pro merito linguæ laus omnis inferior est, imo quot sunt & apices, de quibus dominus ait יוד vel potius *iodh* vnum, aut vnus apex non pręteribit a lege donec omnia fiant. Quæ cum ita se habeant, nihil profecto in ecclesia dei magis necessarium, nihil sanctius, nihil commodius q̃ vetustissimam hanc omniumq; primam, simplicissimam, pudicissimam, purissimam, incorruptissimam, perfectissimam, copiosissimam, fœcundissimam, sacratissimam, vtilissimamq; linguam in primis excolere ac iuxta gręcorum παροιμιαν ἀρτιπλαστιν. Expergiscimini igit̃ pręclarissimi audítores ãplectamur hoc munus nõ quasi hũanũ aliquod aggressuri negociũ sed quasi diuinũ

Tora. i. lex, doctrina, instrumentũ uel instructio.

potius. Res em̃ diuina dubio procul agit vbi hebraicę literaturę opera impẽditur. Atq; hęc pro nostri ingenioli modulo tenuitateq; de linguę sanctę laudib⁹ vt opinor abũde satis, nũc vero ad chaldaicã & arabicã veniamus. Aramia lingua quæ & *leshon arami asshuri ashdodbi hakkena hani ubabli* .i. Assyria siuesyra, Ashdodica chananitica, babylonicaq; dicit, atq; a Daniele, iudæis & nris *leshon Casdim* hoc est, lingua casdea seu chaldaica appellat, alia est ac diuersa secũdũ hebręos & Origenẽ libro tertio cõtra Celsum, ab hebręa siue *leshon hakkodesh* quicquid dicat. R. Bacon, Et vel Hieronymo teste, lineas ꝓprias habet peculiares q; quasdã ꝓpriet ates quibus ab ipa discrepat. Imo media inter ęgytiam est & hebręam, atq; iuxta Aristęum, qui lxx. interpretũ historiã cõscripsit, alius est ei⁹ dicendi *minbag* Verba Aristæi hęc sunt. Longe fallũtur qui syria lingua Iudęos loqui putãt, cum alius sit illorum dicendi modus. Porro si lingua hebręorum, vt Philo falsus arbitratus est (modo vera de eo referat Hieronym⁹) ipa esset chaldaica, quia Abraham hebrę⁹ de chaldęis fuit: quare primo Danielis capite hebręi pueri *sepher uleshon casdim* .i. scripturam & linguã chaldeorũ, linguã videlicet quã nouerãt, doceri iubentur? quartiq; Regum libri cap. xviij. atq; ij. Paralipo. ca. xxxij. & Isaię cap. xxxvj. scribitur? loquere ad seruos tuos syra lingua, ipsam enim intelligimus, ne loquaris ad nos

Chaldaicæ linguæ nomina.

Chaldæa siue Syra & Hebræa duæ linguæ sunt, quibusdãq; proprietatibus inter se differunt.

Lingua hebræa nõ ẽ chaldæa, neq; ab Abrahã hebræo denominata est, uti Philo opinabatur.

Iudaice in auribus populi qui est super murũ. Ex quo etiã iuxta Dauid kamchi *nire ki haham lo haiu meuinim aramith* .i. videtur ꝙ vulgꝰ & ipse populus hebreus (qui tunc secundũ R. Salomonẽ syram ignorans Iudaice loquebatur atq; ipsam linguam callebat) nõ intellexit syriacũ. Quẽ iudei neoterici *leshõ chachamim o mishna*. i. scribarum sapientũq; Israel vel mishna sermonẽ appellãt, quia tempore Ezechię regis atq; ante captiuitatẽ ipsum eruditi tantũ intelligebãt & non vulgus. In ipso etiã teste Moyse Egytio in sui deuteronomij exordio *Talmud* ꝑcipue scriptus ẽ qui verba magistrorũ omniũq; pene linguarũ cõtinet. Eegyptij verba sunt hæc. *Talmudh nichtaf bilshon arami mehoraf him leshonim acherim* id est, Talmudh scriptus est in lingua Aramia siue syra mixta cũ liguis alijs, eo ꝙ lingua illa tũc temporis (cõpositionis. s. talmud) in vsu habebatur ab oibus hominib⁹ Sennaar. Quẽ inq̃ syrũ sermonẽ a chaldæo aliũ esse ob eius ignorãtiã iepte scribũt Erasm⁹ ac Fabriti⁹ capito cõtraq; Hieronymũ i ꝓlogo galeato. Et quanq̃ hebreus Abraham, q syras literas hoc est כתב אשורית *ketbaf assburith* qua Hesdras legẽ scripsit, repperit, vere *houer* & περάτης trãsitor trãffluuialisve nominat⁹ sit, vt & Ioseph hebreus Genes. ca. xxxix. vbi *hisri* R. Salomõ interpretat *meheuer hãnahar mibbene heuer* quanq̃ inq̃ hebreus Abraham vere peratis fuerit trãsfluuialisq;, vt & ex Iosue ca. xxiiij. liquet, non ta-

Lingua sapientum siue locutiomagistrorum.

Hebrei Talmud omniũ pene linguarum uerbis utuntur.

Hesdras chaldaice & kethaf assurith scripsit legẽ Moyses uero hebraice, uide Cobẽgadol Sanhedrin.

men iccirco appellatus est ipse hebræus, quia transitor fuit, neq; ab ipso (quemadmodum falso & contra Lyranum atq; Hieronymum in hebraicis traditionibus Burgēsis Hezraidē suū sequēs asserit, Artapan⁹ historic⁹ ac Philo & olim Augustin⁹ putabat) hebręa lingua aut hebręi dicti sūt, sed ab *heber*: q̄ post liguarū cōfusionē, vel Chrysostomo super Genesim teste, idioma suū seruauit, a quo vna cū hebræis ipe quoq; Abrahā denoīat⁹ est עִבְרִי *hifri* hebręⁿ, vti per Iosephū libro primo antiquitatū, hebręos omnes, & Onkeli targum patet Genes. cap. xiiij. Vbi. lxx. interpretes (quos ibidē Hieronim⁹ī traditionib⁹ hebraicis i Genesim sequitur) non recte transtulerunt עִבְרִי *hifri* περατὴν id est, transitori (qui hebraice עוֹבֵר *bouer* id est, transiens dicitur) pro hebręo. Qui latine transitiuū vel transitorium magis sonat q̄ trāsitorē aut trāseūtē. Tametsi in tota vetere tora hebraicochaldęa, in hac significantia κατ' ἐξοχὴν minime inueniat *hifri*, sed ꝑ descendēte ex heber illoq; q est ex eius stirpe seu familia (vti Genes. ca. xxxix. xl. xlj. &c. liquet, vbi *hifri* recte trāstulerūt septuagita hebręū. Hoc idē liquet quoq; Ionę capite primo vbi *hifri* id est, hebręus, a targo Ionathæ & Dauid kamchi interpretat יְהוּדָאָה *Iehudaa*. i. Iudęus) quod aperte arguit atq; palā facit oscitantiam. lxx. Philonis, Hieronymi, Burgēsis atq; Capnionis. Verū nūc ad priora resilientes profitemur

Hebręi ab heber dicti sūt & nō ab Abrahamo.

Abraham hebręus fuit transfluuialis & περατὴς sicut & Ioseph hebręus Genes. cap. 39 ubi 70. hifri recte transtulerunt hebręū & nō trāsitorem.

Septuaginta interpretes nominis hifri hebręi interpretationem pro hebraico posuerunt ipsoq; nomine. Genes. ca. 14.

Hifri hebręus in toto ueteri instrumento, pro eo solum ponitur qui est ex stirpe heber, & ne simul quidem pro transitore, qui de loco transit ad locum, transfluuiali aut peregrino.

Assyriã, linguã quę ab אשור Asshur vt videt, de noiationẽ accepit, q (teste Genes. libro) de terra Shinhar ãte turris ędificationẽ exiuit, nõ multũ ab hebręa lingua differre, imo cõsentientibus Ambrosio, Hieronymo, Iosepho & hebræis omnibus *leshon arami hu hakkarof el leshon hakkodesh* ipsãq; huic cõiũctissimã esse asserim⁹ ac prope germanam. Literarum pręterea non sono tantum atq; numero vt in galeato prologo Hieronymus voluit, sed & figura quoq;, syra scd'm Iosephũ lib. ãtiquitatũ. xij. cũ hebręa cõuenit, Simili nãq; a tempore Hesdrę'chal dęi & hebręi, characteris imagie scribũt, licet Breydẽbach ĩ suo itinerario se verã lĩam chaldaicã posuisse dicat. Et a scribis sapiẽtibusq; Iudęoꝝ, hebręę rudis existimaꝫ quisquis est q syrã ignorauerit, cũ absq; ea, hebręus sermo plene sciri elimarive nequeat, quia iter se sunt mixtę & affines, atq; p ipsã & *targum* (qd'i ea Ionathas & Onkelus hebraice syriaceq; eruditissimi, ac alij scripsere) verboꝝ hebręoꝝ significatio natiua, ꝓprietas & energia, significãdiq; latitudo sępi⁹ dinoscãꝫ. Quod Luter⁹ vt debuit nõ ꝓpendẽs, hebreaꝝ dictionũ significãtias ex Ionathę & Onkeli targis paraphrasibusq; chaldaicis desũptas, carpere verit⁹ nõ ẽ Cũ ꝓbatio oĩm sit fortissima & ab eruditissimis illius gentis vbiq; comprobata celebrataq;. Qandoquidem ipse Moyses Eegyptius (de quo hebræi in morem prouerbij dicunt

Capite decimo.

Ioseph⁹ libro antiquitatũ. 12. cap. 2. habet, ꝙ chaldeæ literæ sunt eędẽ figura cũ hebræis, cuius cõtrariũ in prologo galeato scripsit Hieronymus sed falsus est.

Hebræi ꝓ targũ sępius urnantur significata dictionũ hebraicarũ.

Lutheri temeritas.

Excellentia R. Mosbe ægyptij.

